Philol.
408.
R
1716
RII. c. 302.
Be. 302.

C. L. Struve. de
natu d. 5 Dec. 1794.

Phil
R II. e.
4. II. A
13147
1532 73023

PVB. TERENTII COMICORVM LONGE ELEGANTISSIMI COMOEDIAE, METRO NVMERISQVE RESTITVTAE.

BIBLIOTH. ACADEM. DORPAT.

Optimorum librorum atque
est Terentius, authore
Erasmo Roterodamo

Lipsiæ, apud Melchiorem Lotterum.
Anno Domini. M.D.XXI.

PHILIPPI MEL. BRETTANI, AD PAVLVM GERAE, ANDRVM SALOBVRGENSEM IN TERENTII COMOEDIAS PRAEFATIO.

¶ Qui mores olim publicæ priuatæq; uitæ constituerũt uiri græci (nam ab illis uelut humanarũ artium primis autoribus auspicandum censeo) partim apologis, quales feruntur AEsopei, partim ænigmatis, ut scripti sunt Cleobuli Lyndii ἐπικῶς conscripti, partim sacris quibusdã deorum, ut ferebatur, oraculis rem absoluerũt. Mox prima philosophorũ ætas, hominũ studia sentẽtiis pauculis, etiam a poeta quopiam acceptis, cõposuit. Adde posteriori seculo præter philosophorũ uulgus, exempla morũ, Socratem & Diogenẽ, quorum uterq; non tam uitæ usu spectatus foris, quam scholæ studio domi probatus est, tamẽtsi aliis longe finibus utriusq; rationes cõstitere. Socrates, ut uiuẽdi modo ciuilior, oratione fuit modestiæ ac hũanitatis plena, cõtra Diogenes & uita & sermone asper, rigidꝰ carpẽdo acer. quamuis ab illa quæ tum cœpit rixatorũ disciplina maxime alienus, nugas puto quales in illum iactabant ὅπερ ἐγώ, οὐκ εἶ σύ, ἄνθρωπος ἐγώ εἰμι, σὺ ἄρα οὐκ ἄνθρωπος. Qd ego sum tu non es: homo ego sum: tu igit homo nõ es. Accessit ad instituta sapiẽtũ sophistica, nõ illa nugatoria, sed quæ posthac cũ historia copulata est, utilis apprime moribus hoim formãdis. Et ante poetis opione artis cesserat longe maxima pars instituendæ uitæ, e quibꝰ plærisq; principũ aucti gra laudes illis tñ heroicas uelut exẽpla dedere. Homericos reges puto, & Tragicas cõciões. his Pindaricũ poema non addet inepte. Reliqui in cõmũibus uersati causis familiæ curã ciuitatisq; statũ descripsere. illis Comœdia se debet præcipua. Prætereo quæ plurima etiam uersu suis interdũ amici tradiderunt. Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέραι ad fratrẽ opus tale forsan habebit. & qui Pythagoræ dicunt aurei uersiculi, autore nõ malo, sed tñ ignobili. & Theognidos Phocylidæq; carmẽ cũ Solomonis hebræi sentẽtiis collatum. & innũeræ Solonis Attici paræneses. qdqd id est, quod publico fauore plausuq; caruit, solo priuatoꝝ usu laudẽ ꝓmeruit nõ modicã Ad ista redeo, quæ frequẽtibus exhibita spectaculis, uitã oẽm quasi suis depictã uicibus ostentarũt. ea ut ordine referamus, paulo altiꝰ petenda uident. Olim cõposito Athenarũ statu, cũ & [illegible] acis & odi studia, ceu fato, cœpissent excoli, priusq; esset illa cõmũis philoso-

phorũ appellatio. Poetæ se qdã ingenii uiribus extulerunt, magni homines, uiuendi formã gratiis adhibitis elegãter exprimentes, & prodesse bonis mentibus, & delectare afficereq; uirtutis argumento populũ conati. Tragici uocabant, qui faciliore aliquãto pede, quãuis heroos Homericos imitati, oratione numeris uinxere: pedestri ea habita est non absimilis. Primũ fuisse ferunt Thespin Atticũ, qui multitudinis animos edita Tragœdia personatus in se conuertit, uel eo clarus, q extrema ætate Solonem spectatorem habuit. Quo etiam tempore accessit artibus incrementi tantum, ut Pisistratus Athenien sium princeps Homeri poema mox digeri probe curarit. quisquis ille fuit (nam Aristarchũ posterior ætas tulit) qui rem tyranni mandato aggressus, Homeridis & Rhapsodis magna uersuũ uolumina dedit. Solebant tum illi uagabundi partem Homerici poematis, allecti uel mercedis uel gloriæ cupidine, decãtare. Creuit æmulatiõe studiũ, pauciq; post annis, pter autores Tragœdiæ multos, suæ cuiq; priuato caussæ dramate uario cõprehẽsæ passim agebant: donec poetis negociũ datũ est, qui paulo festiuius pro ingenii elegantia stultas uulgi cõtentiões luderẽt, certis interim nominibus nõ tacitis. Qui ioci, perinde atq; Tragœdiæ, publicis celebrati spectaculis, magnã poetæ laudem, maioré auditori cõponẽdæ uitæ rationẽ pepererũt. Atq; hæc sunt comœdiæ inítia, hæc est etiã finis ut ea ceu regundæ uitæ speculo utamur. id quod adeo accepimus illis obseruatũ tẽporibus, ut nunq; postea annos multos nõ frequẽs fuerit in Atheniẽsiũ oculis Comœdia. sed minore aliquãto licẽtia, qũ & reliqua uatũ opera iam audiebant undiq;. Nam induxerat, ut scribit ATHENAEVS, in Theatra, & quidẽ primus, Demetrius ille Phalere9 Homeridas seu Rhapsodos, & Aristarchi diligẽtia isto fere seculo libri Homerici habebãtur integri. Ferunt itẽ opera Demetrii, poemata Hesiodi, Archilochi, Phocylidæ primis honorib9 publicata. De Græca comœdia dictũ est hactenus, uti morũ caussa cœperit, ut ingenti primũ admiratiõe res noua sit edita. De scena reliqua ue agẽdæ fabulæ specie q plura pter cæteros uolet, Athenæi disertationes, & Iulii Pollucis cõmentarios petat. Nũc quom de latino Terentiano scilicet poemate agim, tametsi a Donati Bũdictiq; pfatõnibus accipi nõnulla possunt, referre tñ putaui, quo sit modo in urbem ROMAM inuecta comœdia. Nam si ad primã urbis originem quasi postliminio redeas, in ludis & his qdẽ paucis, nominantur e statis circensis, & nescio quæ sacra, præter uenerandã antiquitatis ꝓsuetudinẽ nihil est quod admirere. Sed illa tamẽ ad posteros usq; deducta, puto q ea pietas uideret, ut urbis Romæ opes, ita ludorũ celebritatẽ frequentioré reddidit. Hinc & numeri non pauci ad gesticulationẽ ueluti Dithyrãbi cõpositi, & artes hetruscæ suis decoræ ludiis excipiebant. Has Andronici Liuii studiũ postea expoliit, qui cum græca scientia disciplinas hetruscas cõiunxerat. Primus in urbe spectaculis uarium carmen edidit epos, Comœdiã, Satyram ueteris comœdiæ imaginẽ: Tragœdiã. Successerũt. Q. Ennius M. Plautus. CN. Neuius. M. Pacuuius, Statius Cæcilius. L. Actius, partim comœdia, partim tragœdia illust es. plæriq; carminũ alia specie laudati. At nescio num cuiq; scriptorum generi suus decor apud illos manserit: nam in Plauti comœdia desyderari non nunq; πρέπον aiunt. Et qui statim secuti sunt illos Terentius atq; Lucilius arte superiores habent, Quintiliano teste. Sed in nostrum omne totius comœdiæ igeniũ cõferunt. Itaq; summatim de latina comœdia diximus, de Terentiana longe pluribus agerem, nisi aliorum in manu essent cõmentarii. Neq; uero de poetæ artificio aliud q quod ERASMVS Roterodamus Opt. Max. literarũ præses ait, esse optimũ dicendi artificem Terentium. Non differo quibus ille figuris, qua elegãtia, quo decore orationẽ supra cõmunẽ ingeniorũ aleam extulerit. quam primæ comœdiæ iuuenes amẽt sancte, ꝓ tra quam sint inepti secundæ fabulæ Phædria, Charea, milesq; Thrasc: quam sese imprudenter in tertia Menedemus excruciet a filio non bono desertus: quam probet urbane Mitio quid in instituenda iuuẽtute possit liberalitas, quid clementia. Mitto multiplicẽ in Ecyra mulierũ, & si dici potest, stultam calliditatẽ. Mitto quã uulpinetur improbe parasit9 Phormio. Multa sunt eiuscemodi apud hũc poetam, quæ uitæ moribusq; parandis, quæ dictionis elegantiæ conueniũt. ita rei natura introspecta, ita personæ habitus, ætas & cõditio obseruata est. Id an græcorũ æmulatione constet anne latina arte, uel ingenio potius Aphrico, fortassis ambigi nõnihil põt. Sed dicã libere, quãdo & ingenio sua laus est, partem esse Menandri qdẽ autorẽ habuit, in illis multã. Ei9 hæ uirtutes inter sũmas a Plutarcho laudant, ἀλλὰ μιμήσασθος οὕτως ἔδειξε τὴν λέξιν, ὥστε πάσῃ καλῇ φύσει καὶ διαθέσει καὶ ἕλκυσα σύμμετρον εἶναι. Quo fit, ut Menandrũ & arte suis placuisse credam, quãdo talis est in eo œconomia, & exẽplo præci,

pu̇um noſtro fuiſſe quod cura & ſtudio imitareť. Cæterum in hoc poemate ſpectabis & libero dignas ſenrentias, & iocos lepidos facileſq;, & ſales urbanos, elegãtes, non ineptos, non inuidioſos, planeq; Menandrios, id quod Græcus ait, ὰι μενάνδρου κωμῳδίαι ἀφθόνων ἁλῶν ἠδὲ ἡδέων μετέχουσιν ὥσπερ ἂν ἐκείνης γεγονότων φῂ θαλαττης, ἂν ἀφροδίτη τέκοιμι. Ad eam elegantiam peculiari gratia facit numerus Iambicus Terentio familiaris. Trimetris potiſſimum conſtat, & longiore interdum uerſu, ne a pedeſtri oratione uideať alienus. Atq; ut dignoſci carminis ratio poſſit, modi cuiq; ſcænæ ſunt inſcripti, diſtincti, diſpoſitiq; uerſus ut lex poſtulat. quæ diligẽtia primum Philologi Benedicti laudibus ceſſit. Vtinam & noſtris libellis gratiæ tantũ cõparetur, ut exemplari collato, iudicenť numeri, nam reliquum diligentiæ etiam ſine monitore ſpectabiť. Eſt & Benedicti cõpendium de pedibus annexũ, ut in promptu ſit carminis abſoluta ratio. Qui locupletioré huius penũ deſiderat, Aldi Manutii cõmentarios metricos requirat. Olim fortaſſe dabunť, quæ de Iambico carmine Priſcianus cõpoſuit, ſi quando a nobis edentur paulo emendatiores uulgaribus, qui uſq; adeo deprauati leguné, ut quæ Pius etiam Baptiſta Plauti codicibus addidit, ex illo de Iãbis deſcripta, nulla uideanť. ibi neſcio q̃ locis Homericis noctua ſuppoſita, οὐδὲν πρὸς ἔργ. Verum illa copioſius alias. Hic Terentius eſt
» poeta comicus, in quem ora latini, in quem oculos referũt, & ora-
NB:. » tionis & uitæ magiſter, omni pene legendus ætati, ſed omni plane
» ſtudio. Hic auſpicius optime mi PAVLE tuis exit in publicũ lætus, cum q̃ opera ſibi tua caſtigatior uideť, tum q̃ fœliciſſimo tuo ſtudio princeps coliť unicus, eoq; decore, ut omnem illi hũanitatem, τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν, coniunctã habeas. Et iuuẽtus Germanica uelim exemplo tuo in poetam iſtum incumbat, imaginem habitura ſtudiorũ, quam a M. Cicerone reliquiſq; magnis uiris accepiſti. qb9 adeo Terentianæ fabulæ fuerunt in manibus frequentes, ut grauiſſimas interdum cauſas Terentiano carmine uel illuſtrarent, uel tutarentur. Opinor, q̃ ita quondã oratores Græci multas bonorum poematũ partes, & ingenii probãdi, & honeſtandæ rei gratia ſoliti fuerant ἁρμοζόμενοι dicere. Vale mi PAVLE Geræander, & Poetam Terentiũ uere tuũ putato. Ex Tubinga, Anno M. D. XVI.

H. & L.

DE COMOEDIA.

¶ Comœdia eſt poematis notũ genus, in quo hũiles fere perſonæ introducunť: & ſi antiqua Comœdia grandis, & elegans, & uenuſta erat. Vel comœdia eſt priuatæ ciuiliſq; fortunæ, ſine uitæ periculo cõprehenſio. Vel eſt ſpeculũ cõſuetudinis, imitatio uitæ, imago ueritatis. Dicta uel ἀπὸ τῶν κώμων, hoc eſt a uicis, uel ἀπὸ τοῦ κώμου, hoc eſt a comeſſatiõe, aut qď ſomni tempore (id eñ τὸ κῶμα ſignificat) canentes, diuitum iniurias memorarent.

DE COMOEDIARVM, SATYRARVM, ac Tragœdiarum ſerie & principio.

¶ Alienũ nõ erit, neq; præter animi noſtri ſentẽtiã, Comœdiarũ, Satyraq;, atq; Tragœdiaꝝ ſeriẽ & principiũ breuiter referre. Olim ſedatis ac cõpoſitis bellorũ inſultibus, Atheniẽſes cũ ad uitã pacatiorem ſe trãſtuliſſent, domeſticæ tũc in pauperes inſurrexerũt iniuriæ. Ex agro igiť Atheniẽſi ruſtici ſæpi9 a diuitibus iniuria affecti ſeſe in urbem receperũt. ſed cũ interdiu querendo ſuis incõmodis auxiliũ p̃ſtare nõ poſſent, noctu uicos urbis oñes obeundo, cunctis ſilentibus ciues nominatim cõpellabãt, & quas paterenť aperiebãt diuitũ iniurias, necnõ impia facta ac dicta, ꝓpalabãt. Hæc cum ſæpe uicini audiſſent, qď noctu accepetãt, poſtridie inter ſe inuicẽ colloquebanť. Inde nõ mediocri erat uitio, q̃bus eiuſmodi obiiciebať cõtumelia. uñ oportunũ fuit multis in urbe potẽtib9, ut ſuis in agricolas iniuriis modũ inueniréť, ſibiq; ab inferẽdis ꝓtumeliis moderaré tur. Vidẽtes igiť ciues hoc eſſe utile ciuitati iniuriæ amuletũ, iuſſerũt ꝓtumeliis ꝓuocatos in Theatrũ ꝓdire, & q̃ noctu ꝓclamaſſent audaciori animo referre. Deinde qm̃ talis luſus nõ ſine grauitate placuit, ſanciuit popul9 Atheniẽſis, ut q̃ ingenio p̃ſtarẽt, de eiuſmodi reb9 carmia cõponerẽt, atq; libere & impune aduerſum oñe hoim gen9 loquerenť. Primũ Suſarion uerſib9 Iãbicis Comœdiã edidiſſe perhibeť, cuius ſane poemata exciderũt. Hic ſumpto Comœdiarũ exordio ad hæc perſcribẽda nũeroſa paulatim aucta ꝓfluxit multitudo, q̃ flagicioſos hoies a tetris deterrebat facinorib9. Sed nõ multo poſt erupta emerſaq; hoim iniqtate, factioſis atq; tyrãnis in urbe ꝓualeſcẽtib9, diuites, & publícis honorib9 honeſtati, in Comœdiis noíari quenquã, niſi hũilẽ, aut ſi modo ſineréť opib9 inſigné, exteꝝ nõ ciué, uetueŕt. at mox largi9, ꝓfuſa uitioꝝ licẽtia, nõ ſolũ noíatim ſed ne ænigmate & occultis uerſib9 ſcribi poemata uolueŕt. Vñ poetæ aut ĩ diuites exteros, aut ĩ paupes oẽs licẽter ꝓ ſua libidíe loq̃bať.

DE TRIPLICI COMOEDIARVM DIFFERENTIA.

¶ Vna ſiquidem Comœdia antiqua eſt, quæ prima palam oñes inceſſabat. Media uero per ænigmata. Noua quæ in exteros aut ſeruos, aut pauperes inuehebatur. Artifex priſcæ Comœdiæ & poeta inſignis fuit Ariſtophanes, Eupolis, & Cratinus. Mediæ uero Plato non ille philoſophus, & Pherecrates. Tertiæ aũt Menander, Philemon & Philiſtion. Cæterũ primã comœdiam ad Eupolidem uſq; quidam aſſerunt peruenisſe, quem ob Baptas in Alcibiadem ſummum Athenienſium imperatorem perſtrictas comprehenſum & ſublimem raptum in pelagus p̃cipitare militibus ſuis mãdauit Alcibíades, unde quidam referunt ipſum diu inter fluctus naufragũ euaſiſſe. Sed poſtea reipublicæ edicto Alcibiades edixit, ne qs Athenienſem in Comœdia inceſſeret. Tuncq; Eupolidem, Cratinum, Pherecraten, Platonem atq; Ariſtophanem iocos quoſdam inuolutos, in quemuis pertentaſſe. Idq; ſecundum Comœdiarũ genus appellatum, quod tamdiu uiguit, quoad ne obſcure quidẽ perſtringi ciuem uoluere. Nam poſt in humiles & extremæ ſortis homies, aut in cuiuſcunq; generis exteros conuerſi ſunt. Quod ſane tertiũ Comœdiæ genus fuit a Menandro & Philemone celebratum, qui omnem Comœdiæ acerbitatem mitigauerunt, a qbus Romanos ſuas fabulas trãſtuliſſe perhibeñ, apud quos primus Liuius Andronic⁹ latino ſermone Comœdiã ſcripſit, excito ex Hetruria ludione qui hiſter uocabaṫ, a quo hiſtrionis nomen emanauit.

DE PROPRIETATE.

¶ Comœdiæ proprium fuiſſe ſcribunt quidã, uiginti quatuor adhibere ſaltatores, & quadratum chorũ. Præterea conuitia dicaceſq; ſermones continere. Illud quoq; minime prætereũdum, quod Comici, Satyrici & Tragici oñes uno nomine Comici appellati ſũt, quoniã ex uicis in urbem eruperint, qui his dedere principiũ. Exin diſtributa ſcribentium ratio eſt, ut Comici ſeruos & humiles, Satyrici ruſticos, Tragici diuites & reges deſcriberẽt. Ac ſicut Comœdia a uicis, aut a ſomno dicta, Tragœdia ab hirco, aut a fece, ita Satyra a Satyris, hoc eſt ruſticis, illotis & petulantibus eſt appellata. Vel a Satyra lance, quæ referta uariis multiſq; primiciis, in ſacris inferebatur. Notandũ illud, quod in Comœdia amores fere & uirginũ raptus, In Tragœdia luctus, exilia, cædes introducuñ. In Comœdia pene ſemper exitus læti. In Tragœdia triſtes, & liberorum fortunarumq; priorum impar agnitio.

DE GENERE.

¶ Duplex eſt Comœdiæ genus: nam Comœdiarum alia Palliata, Togata alia. Palliata Comœdia eſt quæ ſecundum ritus & habitus Palliatorũ. i. Græcorũ (nam Græci ſupra tunicã palliũ ferebãt) ſcænicis, atq; Græcis argumẽtis habitũ palliorũ deſyderat, quæ primũ a Græcis in latinũ uerſa eſt a Liuio Andronico quẽ multi deinde ſunt ſecuti, Cecilius ſcilicet, Plautus, Terentius, Turpilius, Trabea, & plures alii. Palliatarũ fabularũ genera quatuor exiſtũt. Tragicũ, in quo heroes & reges introducebañ. Comicũ Græcos ritus & Græcas exprimebat perſonas. In Satyrico fere Satyrorũ perſonæ, & ridiculæ Satyris ſimiles ludẽdi iocãdiq; cauſa introducuñ, ut ſpectator iter Tragicas ſeriaſq; iocis & luſibus delectareñ. Mimica uero fabula eſt ſermonis cuiuſlibet motus, ſine reuerentia. Togata Comœdia eſt quæ ſecundũ ritus & habitus Togatorũ, id eſt Romanorũ ſcripta eſt, Scænicis atq; latinis argumẽtis togarũ habitum exprimens.

¶ Togatarũ fabulaꝝ ſpecies ſunt q̃ttuor. Nam aliæ prætextatæ, in quibus imperatoꝝ negocia agebañ, dictæ a prætexta qua reges uel magiſtratus Romæ utebañ. Tabernariæ hũilitate perſonarũ & argumentorũ ſimilitudine. Comœdiis pares dicuñ in qbus nõ magiſtratus, regeſq;, ſed hũiles homines & priuatæ domus inducuñ, quæ quod olim tabulis tegerenṫ, cõmũiter Tabernariæ uocatæ ſũt Atellanæ a ciuitate Oſcorum Atella, in qua primũ cœperunt, ſunt denomiatæ, Similes Satyricis & Græcis fabulis. Planipedes Græci dicuñ Mimi, ideo a latinis planipedes, quod actores planis pedibus, id eſt nudis, proſcæniũ introirent, non ut Tragici actores cum cothurnis, neq; ut Comici cũ ſoccis olim in ſuggeſtu ſcænæ, ſed in plano Orcheſtræ poſitis inſtrumentis Mimicis agebant.

DE QVALITATE.

¶ Comœdia aut motoria eſt, id eſt quæ res turbulentas inducit, ut Amphitruo. Aut ſtataria, hoc eſt quæ res cõtinet quietiores, ut Ciſtellaria, Heautontimorumenos. Aut mixta, quæ ex utroq; actu cõſiſtit, ut Andria, Eunuchus, Adelphi, Ecyra & Phormio.

DE APPELLATIONE.

¶ Cæterum Comœdia aut ab alicuius nomine perſonæ appellationé ſumit,ut Phormio. Aut a loco, ut Andria. Aut a facto, ut Aſinaria,Eunuch9. Aut ab euentu, ut Heautontimorumenos & Cõmorientes.

DE MEMBRIS.

¶ Tria ſunt Comœdiarũ membra,Diuerbium,Canticũ, Chorus. Diuerbia ſunt partes Comœdiarũ,in quibus diuerſorum perſonæ uerſantur. Perſonæ autem Diuerbiorum aut duæ,aut tres,aut raro quatuor eſſe debent.ultra augere numerum non licet. In Canticis unam tantum eſſe oportet perſonam,aut ſi duæ fuerint, ita debẽt eſſe,ut ex occulto una audiat, nec loquaſ, ſed ſecũ (ſi opus fuerit) uerba faciat: & hoc Monodiũ appellaſ. In Choris uero nũerus perſonarum diffinitus non eſt,quippe quod iunctim omnes loqui debent.quaſi uoce confuſa,& concentũ in unam perſonam reformãtes.Sciendum latinas Comœdias Chorum non habere,ſed duob9 tantum membris conſtant.Diuerbio.ſ.& Cantico. Non eſt hoc p̃tereũdũ,q̃ primus (autore Ariſtotele) q perſonas in ſcænã,pduxerit,prologos cõfinxerit,& per hiſtriones fabulas repreſentauerit ignoratur.Cæterum fabulas primus confinxit Epicharmus & Phormis.nam ex Sicilia in Græciã ait aduectas apud Athenienſes.Porro Crates primus Iambici ſpecie orationes ac fabulas ſcripſit.

DE PARTIBVS.

¶ Dionyſius, Crates,cognomento Mallotes prodiderũt, Comœdiæ partes q̃tuor eſſe:Prologũ,Chorimelos, Epiſodiũ & Exhodiũ, Prologus ad ingreſſum uſq̃ Chori eſt. At quæ cum ingreſſu chori locutio,Chorimelos appellaſ.Epiſodiũ porro eſt melos inter cãt9, & Chororũ binorũ locutiões. Exhodíon eſt ad Chori finẽ locutio.

DE LVDIS SCENICIS EX DONATO.

¶ Ludi ſunt Cærimoniæ ab Aedilibus Curulibus munere publico inſtitutæ,in quibus ut plurimũ Comœdíæ recitabanſ. quorũ quatuor maxime genera celebranſ,Megalenſes magnis diis conſecrati Funebres ad tetinendũ populũ inſtituti, dũ pompa funeri decreta in honorem patricii uiri plene inſtruiſ. Plebei pro ſalute plebis inſtituti ſunt. Apollinares Apollini cõſecrati.

DE ARIS.

¶ Aræ duæ erant in ſcæna diis dedicatæ,dextra.ſ.& ſiniſtra:dextra Libero patri,ſiniſtra illi deo,in cuius laudem ludi fiebant.

DE SCAENICO HABITV.

¶ Scænicus habitus eſt indumenti genus,quo utebanſ Scænici,ut alter ab altero dinoſcereſ. Primum eñ Vlyſſem in ſcænã pallatũ inducere ſolebant,uel q̃ aliquando inſaniam ſimularit,uel ob ſingularem ſapientiã:ſeu quod Ithacæ,ſicut Locri incolæ palliati fuerunt,Achillis ſiue Neoptolemi perſonæ diademate coronatæ,pdibant,quãuis regalia ſceptra nunq̃ tenuerint.Comicis ſenibus candidum ueſtimentũ dabaſ. Adoleſcẽtulis diſcolor attribuiſ, ut ſui ingenii mobilitatẽ præ ſe ferrẽt.Serui amictu exiguo p̃tegunſ,paupertatis antiquæ gr̃a,uel quo expeditiores agerẽt. Paraſiti cũ intortis palliis ob collũ ueniunt,læto candidus,ærãnoſo obſoletus,purpureus diuiti,pauperi phœniceus ueſtitus dabatur. Militi chlamys purpurea. Puellæ habitus peregrinus induciſ.Leno palliouarii coloris utiſ.Meretrici ob auaritiã luteũ daſ. Luctuoſæ p̃ſonæ ſyrmatis icedebãt,ob ſcænicã luxuriã.ſed de ueſtiũ ornatu plura Pollux. Aulæa in ſcæna humi ſternebanſ,quod pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam uſq̃ perlatus, pro quibus Siparia ætas poſterior accepit.Sciendũ etiam Theſpim primũ Tragica poemata plauſtris uexiſſe,hominibus ora fœcibus perunctis.Sed Roſcius Gallus præcipuus hiſtrío primus paraſitos deduxit in ſcænã. Aeſchylus uero perſonæ,pallæ,cothurni & ſocci repertor habitus eſt.

DE CANTICIS.

¶ Cantica ſunt harmoniæ quæ non a poeta,ſed a muſicæ artis perito temperabanſ,non iiſdem,ſed ſæpe mutatis modis, ut ſignificant qui tres nũeros in Comœdiis ponũt. Nomẽ aũt in principio fabulæ,& ſcriptoris,& actoris carminibus ad tibias factis pronũciabant,ut diſceret ante populus quam fabulam acturi Scænici eſſent. Cantica in Comœdiis tripliciter agebanſ,tibiis.ſ.paribus uel imparibus,dextris aut ſiniſtris, uel utriſq̃. Pares uel impares tibiæ in uſu erant.quod ſiq̃ monodio agebãt, unã tibiã inflabãt, ſiq̃ ſynodio utrãq̃.dextræ uel ſiniſtræ, aut Seranæ tibiæ in uſu erant. nã dextræ ſua grauitate ſeriem, cõditionemq̃ pnunciabant. Siniſtræ autẽ & Seranæ acuminis leuitate iocum in comœdia oſtendebant. Vtræq̃ dextra.ſ.& ſiniſtra,mixtos iocos,& grauitatem exprimebant.

DE SCAENA.

¶ Scæna est umbraculum ex arboribus constitutũ, a rusticis prius inumbrationis causa compertum, ubi carmina incõdita sæpius decantabant. Est autem duplex, uersilis & ductilis. Versilis scæna est quæ subito tota machinis quibusdam cõuertebaſ, & aliam picturæ faciem ostendebat. Ductilis uero tractis tabulatis hac atq; illac speciem picturæ nudabat interiorem. Notandũ & hoc, quod in scæna erant Pægmata, Peripetasmata, Aulæa, Pantomimi, Præcones, tibicines, citharœdi, cornicines, choraules, organarii, symphoniaci, tragœdi, comœdi, funambuli, podarii, & similes.

DE DIVISIONE ACTVVM.

¶ Comœdia uetus paulatim ex numero personarũ aucta, in qnq; actus, neq; plures, neq; pauciores processit, Sed paulatim attenuato choro, ita ad nouam peruenit, ut nõ modo nõ sit chorus, sed ne locus quidẽ illi relinquaſ. Quapropter actus (qui in Comœdia sunt) difficile est nosse in latinis fabulis, sublato choro qui se interponẽdo actus distinguebat. Erat autem chorus ex pluribus ad tibiã concinentibus cõpositus, Non actor alicuius partis in fabula, sed uelut iudex censorq;, qui sicut recte facta & honesta ꝓbat, ita quæ uitiosa & sceleſta sunt reprobat, ita tamen ut actus non interrumperet, sed per interualla finitorũ actuum suum cantum interponeret.

DE DIVISIONE COMOEDIAE.

¶ In quinq; partes diuiditur Comœdia, in Argumentum, Prologum, Prothesim, Epitasim & Catastrophen. Argumentũ est totius agendæ fabulæ narratio, quæ ficta est, sed tamen fieri potuit. Prologus præfatio quædam est fabulæ, in quo solo licet propter argumẽtum aliquid ad populum, uel ex poetæ, uel ex ipsius fabulæ, uel ex actoris commodo loqui. Differt autem prologus a prologio. Nam prologus est ubi poeta excusatur, aut fabula cõmendaſ. Prologiũ uero cum tantum argumentum describitur. Prothesis est primus actus fabulæ, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ad populi expectationem tenendam. Epitasis incrementum processusq; turbarum est, ac totius modus erroris. Catastrophe est conuersio rerum ad iucundos exitus, patefacta cunctis cognitione gestorũ. Et hæc satis de Comœdia. Nunc de metro Iambico pro tempore.

DE METRO IAMBICO.

¶ Iambicos & Heroicos poetas scribit Aristoteles oĩũ fuisse antiquissimos, carmenq; Iambicũ primũ tetrametrũ fuisse, & illud satyricæ, & saltatiõi magis accõmodatã exprimere poesim. Quod aũt Iambicũ ante Heroicũ fuerit, uel ex eo nobis inqt Aristoteles licet intueri, quod inter loquendũ plura Iãbica nobis sponte sese offerãt, & neutiq; accersita succurãt. Heroica uero q̃ rarissime, & ea ipa sum missius loquẽdi excedũt harmoniã. Cœpit a ꝓtumeliis qdẽ Iambũ unde & nomen crediſ habuisse. Sed Polystephanus nomẽ duxisse existimat ab Iambe ancilla Metæira Hippotoõtis uxore, q̃ cũ uidiſ set populare quãdã, alias iocularẽ mœstã mulierẽ, ioculares quosdã & ridiculos de ipsa cõposuit uersus, a qua inqt carmẽ Iãbicũ. qdam illud ab Archilocho originẽ habuisse ferũt, Aristoteles tñ arbitraſ inuentũ, quod plus cæteris pedibus, oĩbus cõgruat sermonibus.

DE DIVISIONE.

¶ Metra Iãbica aut sunt Monometra, hoc est q̃ cõstant ex duobus pedibus simplicibus: uel Dimetra ex quatuor, uel trimetra, q̃ senis cõcludunſ pedibus. Nam breuitas Iãbi effœcit, ut duo pedes ꝓ uno habeanſ, uel tetrametra ex octo, Pẽtametra ex decẽ, Hexametra ex xii. Sed pẽtametra & hexametra rarissime ĩueniunſ. Igiſ trimetris & tetrametris frequẽter utunſ Comici. Rursus metrorũ aliſ est acatalecticũ. i. cui nihil deest. Aliud catalecticũ, hoc est cui deest. Aliud brahycatalecticũ, ubi syllaba uel tẽpus deest. Hypercatalecticũ uero ubi supereſt uel syllaba uel pes dimidius: atq; his oĩbus generibus comici utuntur.

DE PEDIBVS IAMBICI METRI.

¶ Scribit Hephæstion, Iãbicũ metrũ in regiõe impari, hoc ẽ prima tertia, qnta, aut si lõgius ꝓducaſ, septima, nona (qñqdẽ apud comicos inueniſ ad decẽ usq; pedes peruenire) Iãbũ suscipere, & per resolutionẽ longæ syllabæ Iãbi, in duas breues, ibidẽ tribrachũ. Admittere etiã spondeũ, ad tardandã Iãbi celeritatẽ, & per resolutionẽ primæ spõdei, recipe ibidẽ anapestũ, & per resolutõnẽ secũdæ dactylũ, & per resolutõnẽ utriusq; Proceleusmaticũ. Ita ut recipiat in his sedibus Iambũ, tribrachũ, spondeũ, anapæstũ, dactylũ & ꝓceleusmaticũ. In pari ãt, hoc ẽ secũda, q̃rta, sexta, uel si longi⁹ euagaſ, octaua & decima, Iãbũ, tribrachũ & anapestũ. In fine uero ꝓpter ultimã indifferentẽ syllabã etiã pyrrhichiũ. Sciẽdũ & illud, qñ metrũ acatale,

ticon est,in fine Iambũ excipere solum,aut pyrrhichium: qñ autẽ catalecticũ,Iambum in penultima regione, aut perraro tribrachũ. Cæterũ Plautus,Ennius,Accius,Terentius,Neuius,Pacuuius,Turpilius, Afranius,& reliqui tam Comici q̃ Tragici ueteres,ita Iambico usi sunt,ut in omnibus locis indifferenter locauerint quinq; pedes, Iambum.s. Tribrachum,Anapæstum,Dactylum,& Spondeũ,absq; postremo loco in quo prorsus uel Iambũ,uel Pyrrhichiũ posuisse inuenit. Erit autem ꝓbabilis Iambicus uersus,aptusq; Tragœdiis,si secundũ & quartũ pedem,non alios fœceris q̃ Iambos,aut eũ q Tribrachus,aut Anapæstus nominat,qm̃ sunt pares. Septenariũ uersũ fieri dicit Varro, cũ ad Iambũ q est in sexta sede,trisyllabus pes additur,quales sunt Creticus & Amphibrachus, q etiam Trimetris & Tetrametris apud Terentiũ frequẽter reperiunt. Comici poetæ oẽs fere synalœphis,episynalœphis, siue synæresibus,& collisionibus,& abiectionibus.s. literæ sunt usi,suos uersus scãdendo. Terentius aũt plus oñibus. Cicero quoq; in quarto Tusculanarũ Euripidis Iambos transferendo,in locis paribus, tam Dactylos q̃ Spondeos sæpe ponit. Cæterũ Comici nostri in plærisq; prologis, & primis scœnis trimetris utũtur: Plautus aũt in prima scæna Amphitruonis Tetrametris usus est,& Dimetris Brachycatalecticis. At Terentius in oñi prologo & prima scæna trimetris utit, qui qñq; habent penultimã uersus syllabam,in quibusdã longam,& in quibusdam breuem, deinde longissimos.i. tetrametros subdiderũt,qui appellant q̃drati.

DE GENERIBVS.

¶ Genera Iãbici metri,quibus usi sunt poetæ, plura perhibent. Nã ex his alia integra,alia clauda, quæ Scazonta & Coliãbica uocant, quorũ differentiã penultima uersus syllaba demonstrabit. nã si breuis fuerit,erit rectũ,& integrũ Iambicũ. sin longa,delumbe, & claudum. Huius repertor fuit Hipponax. Nam pro Iambo inductis trochæis cõtra legẽ Trimetri Iãbici,metrũ innouauit,quod Scazon appellat.i.claudicãs,quod q̃si alienis pedib9 in fine maxime sustentet & sic claudicet. Atqa nostri Comici trochaicis qñq; utunt, nõ erit alienũ aliquid de Trochaico breuiter referre.

DE METRO TROCHAICO.

¶ Trochaicũ in locis qdẽ imparib9 excipit Trochæũ,Tribrachum, Iãbũ & Dactylũ: in locis aũt parib9 ꝓter illos etiã Spõdeũ & Anapestũ. Cũ aũt Catalecticũ est in penultima maxime Trochæũ admittit,interdũ Tribrachũ. cũ aũt Brachycatalecticũ est, in penultimo loco q̃terna tẽpora nõ recipit: hæc Hæphesticon. Mãlius uero Theodric9 Trochaicũ inqt metrũ,q̃uis & Spondeũ,& Anapæstũ,& Dactylũ recipiat,ut Iãbicũ,ei tñ ẽ ptrariũ qd in Iãbico pedes q locis imparib9 recẽsi sunt,i trochaico nõ nisi parib9 licet collocari. Trochæ9 in hoc metro,qd ex eo nomẽ accepit,locis oñib9 poni põt, Tribrachus locis oñib9,ꝓter septimũ. Cæterũ ab hoc metro,& Tribrach9, & Dactylus,& Anapæstus,nõ nisi q̃ parcissime,& cõsultis prius auribus sunt admittẽdi. qd etiã in Iãbico uidem9 obseruari. Nam tã etsi oñibus imparib9 eius metri locis Tribrachũ,Anapæstũ ue,aut Dactylũ collocãdi facultas est,raro tñ eorũ fit admixtio. neq; ulla, uel in Iambico,uel in Trochaico metro, aut Trochæo,q̃ cũ Spondeo, aut aptior,aut frequẽtior põt esse cõiũctio. Terẽtius aũt Trochaico mixto uel cõfuso cũ Iambico utit in sermone personarũ.

¶ Cæterũ nos ꝑpuo ac singulari amore erga studiosos adulescentulos ꝓuocati ,pedes,qbus uersus fere oñes cõficiunt, Iãbico & Trochaico metro, ueluti corollariũ addidimus, ne prætermitteret qd illis futurum utile uidebatur.

DE PEDIBVS.

¶ Pes est cõpositio duarũ pluriũ ue syllabarũ, sub certa syllabarũ ac temporũ obseruatiõe. Dictus qa deo ita incedere nũeri uideant sicuti animalia pedibus gradiunt. Pes cõstat syllabis: Syllabæ tẽporibus, Tẽpora uero motu. Pedes aut sunt duarũ syllabarũ, aut triũ aut quatuor. Pedes qui ex duabus syllabis cõstant, hi ferunt:

Pyrrhichius,quem alii Dibrachum,alii Aegeona appellant,duabus constat breuibus. ut pater. ◡ ◡

Spondeus,duabus syllabis longis,temporibus quatuor,ut musæ — —

Iambus,ex breui & longa. ut dies. ◡ —

Trochæus,qué quidã Choreum uocant, ex longa & breui ut musa. — ◡

DE TRISYLLABIS.

Dactylus trium est syllabarum,qui prima longa,& duabus constat breuibus, ut secula. — ◡ ◡

Anapæstus,quem quidã Antidactylum nuncuparũt,habet duas breues,& unam longam. ut domino. ◡ ◡ —

Tribrachus,quem quidam Brachysyllabũ,alii Trinocheon, nõnulli Pygmæona, plærisq; etiam Choreum, tribus constat breuibus & totidem temporibus. ut dominus. ◡ ◡ ◡

Amphibrachus,quem alii Ianium, alii Scosium uocant,ex bre-
⏑ — ⏑ ui & longa & breui.ut parentem.
Amphimacrus,quem alii Fescenninũ dixere,alii Creticum,con-
— ⏑ — ſtat ex longa,& breui, & longa.ut nomini.
Bacchius,ex breui & duabus longis.ut amori.
⏑ — —
Palimbacchius,ex duabus longis & breui.ut natura.
— — ⏑

DE QVADRISYLLABIS.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ Proceleuſmaticus ex quatuor breuibus.ut anicula.
— — — — Diſpondeus ex duobus ſpondeis.i.ex qtuor longis ut fortunatis.
⏑ — ⏑ — Diambus ex breui,& longa,&breui,& longa.ut Apollini.
— ⏑ — ⏑ Ditrochæus,ex longa,breui,longa,breui,ut fulminabit.
⏑ — — ⏑ Antiſpaſtus ex Iambo & Trochæo.i, ex breui & longa,longa & bre-
ui, ut amabare.
— ⏑ ⏑ — Choriábus,ex longa,duabus breuibus & longa,ut Dardanidæ.
— — ⏑ ⏑ Ionicus maior ex duabus longis & totidem breuibus,ut labétibus.
⏑ ⏑ — — Ionicus minor ex duabus breuibus & duabus lõgis ut lachrymabãt.
— ⏑ ⏑ ⏑ Pæon primus ex longa & tribus breuibus ut nobilior.
⏑ — ⏑ ⏑ Pæon ſecũdus ex breui & longa,& duab9 breuibus,ut Cupidinis.
⏑ ⏑ — ⏑ Pæon tertius ex duabus breuibus,longa & breui ut labyrinthum.
⏑ ⏑ ⏑ — Pæon quartus ex tribus breuibus & una longa ut animitas.
⏑ — — — Epitritus primus ex breui & tribus longis ut amauiſſent.
— ⏑ — — Epitritus ſecũdus ex longa & breui,& duabus longis ut ſeruiendi.
— — ⏑ — Epitritus tertius ex duabus longis,breui & longa,ut chariſſimo.
— — — ⏑ Epitritus quartus ex tribus longis & una breui ut confirmabat.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

SIMO	SENEX
SOSIA	SERVVS
DAVVS	SERVVS
PAMPHILVS	ADVLESCENS
BYRRIA	SERVVS
GLYCERIVM	MERETRIX
CRITO	HOSPES
MYSIS	ANCILLA
CARINVS	ADVLESCENS
LESBIA	OBSTETRIX
CHREMES	SENEX
DROMO	SERVVS.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS. M. FVLVIO ET M. GLABRIONE AEDILIB. CVRVLIB. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO. L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI F. TIBIIS PARIBVS, DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRAECA, AEDITA. M. MARCELLO ET SVLPITIO CONS.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

TRIMETRI IAMBICI.

Ororem falſo creditam meretriculæ
Genere Andriæ Glycerium uitiat Pamphilus.
S Grauidaq; facta, dat fidem, uxorem ſibi
Fore hanc, nam aliam paterei deſponderat
Gnatam Chremetis. atq;, ut amorem cõperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens ſuus
Quid haberet animi filius, cognoſcere.
Daui ſuaſu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum ut uidit puerulum
Chremes, recuſat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium inſperato agnitam,
Hanc Pamphilo dat, aliam Carino coniugem.

PROLOGVS.

Verſus eiuſdem rationis.

P Oeta cum primũ animũ ad ſcribendum adpulit,
Id ſibi negoti credidit ſolum dari,
Populo ut placerent quas fœciſſet fabulas.
Verum aliter euenire multo intelligit.
Nam in prologis ſcribundis operam abutitur.

Non qui argumentum narret, sed qui maleuoli
Veteris poetæ maledictis respondeat.
Nunc quam rem uitio dent, quæso animum aduortite.
Mænander fœcit Andriam & Perinthiam,
Qui utramuis recte norit, ambas nouerit.
Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ, ac stilo.
Quæ conuenere in Andriam, ex Perinthia
Fatetur transtulisse, atq; usum pro suis.
Id isti uituperant factum, atq; in eo disputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt ne intellegendo, ut nihil intellegant.
Qui cum hunc accusant, Neuium, Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster autores habet.
Quorum æmulari exoptat neglegentiam
Potius, q̃ istorum obscuram diligentiam.
Dehinc, ut quiescant porro moneo, & desinant
Maledicere, malefacta ne noscant sua,
Fauete, adestæ æquo animo, & rem cognoscite,
Vt pernoscatis, & quid spei sit reliquum,
Post hac quas faciet de integro Comœdias
Spectandæ, an exigendæ sint uobis prius.

ACTVS PRIMVS.

SIMO SENEX. SOSIA SERVVS.

Trimetri omnes.

Os istæc intro auferte, abite, Sosia
Ades dum, paucis te uolo. SO. Dictum puta,

Nempe ut curentur recte hæc. SI. immo aliud. SO. quid est
Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius? SI.
Nihil istac opus est arte, ad hanc rem quam paro,
Sed his quas semper in te intellexi sitas,
Fide & taciturnitate. SO. Expecto quid uelis. SI.
Ego postq̃ te emi a paruulo, ut semper tibi
Apud me iusta & clemens fuerit seruitus
Scis, fœci ex seruo ut esses libertus mihi,
Propterea quod seruiebas liberaliter,
Quod habui summũ precium persolui tibi. SO.
In memoria habeo. SI. Haud muto factũ. SO. Gaudeo
Si tibi quid fœci, aut facio, quod placeat Simo, &
Id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam.
Sed mihi hoc molestum est: NAM istæc cõmemoratio
Quasi exprobratio est immemoris beneficii.
Quin tu uno uerbo dic, quid est quod me uelis. SI.
Ita faciam, hoc primum in hac re prædico tibi,
Quas credis esse has, non sunt ueræ nuptiæ. SO.
Cur simulas igitur? SI. Rem omnem a principio audies.
Eo pacto & gnati uitam, & consilium meum
Cognosces, & quid te facere in hac re uelim.
Nam is postq̃ excessit ex ephæbis Sosia,
Liberius uiuendi fuit potestas. nam antea
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, magister prohibebant? SO. Ita est. SI.
Quod plerique omnes faciunt adulescentuli,
Vt animũ ad aliquod studium adiungant, aut equos

Alere, aut canes ad uenandum, aut ad Philosophos.
Horum ille nihil egregie præter cætera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. SO. Non iniuria, nam id arbitror
Adprime in uita esse utile, VT NE QVID NIMIS.
SI. Sic uita erat, facile omneis perferre ac pati
Cum quibus erat, cumq; una his sese dedere.
Eorum obsequi studiis, aduersus nemini.
Nunq; præponens se illis, ita ut facillime
Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. SO.
Sapienter uitam instituit. namq; hoc tempore
OBSEQVIVM AMICOS, VERITAS odium parit. SI.
Interea mulier quædam ab hinc triennium
Ex Andro commigrauit huic uiciniæ,
Inopia, & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atq; ætate integra. SO.
Hei uereor, ne quid Andriæ adportet mali. SI.
Primum hæc pudice uitam, parce, ac duriter
Agebat, lana ac tela uictum quæritans.
Sed postq; amans accessit, precium pollicens
Vnus & item alter (ITA VT INGENIVM est omnium
Hominum A LABORE PROCLIVE ad lubidinem)
Accepit conditionem, dehinc quæstum occipit.
Qui tum illam amabant, forte (ita ut fit) filium
Perduxere illuc secum, ut una esset, meum.
Egomet continuo mecum, certe captus est,
Habet. obseruabam mane illorum seruulos

Venienteis aut abeunteis, rogitabam, heus puer
Dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? nam Andriæ
Illi id erat nomen. SO. Teneo, SI. Phedriam aut Cliniam
Dicebant, aut Niceratum (nam hi tres tum simul
Amabant) eho quid Pamphilus? quid? Symbolam
Dedit, cœnauit: gaudebam. Item alio die
Quærebam, comperiebam nihil ad Pamphilum
Quicq; attinere. enimuero spectatum satis
Putabam, & magnum exemplum continentiæ.
Nam, qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi,
Neq; commouetur animus in ea re tamen,
Scias posse habere iam ipsum suæ uitæ modum.
Cum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid uerbis opus est? hac fama impulsus Chremes
Vitro ad me uenit, unicam gnatam suam
Cum dote summa filio uxorem ut daret.
Placuit, despondi. hic nuptiis dictust dies. SO.
Quid obstat cur non ueræ fiant? SI. Audies.
Fere in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Chrysis uicina hæc moritur. SO. O factum bene,
Beasti, metui a Chryside. SI. Ibi tum filius
Cum illis qui amabant Chrysidem, una aderat frequens,
Curabat una funus, tristis interim,
Nonnunq; collacrumabat, placuit tum id mihi.
Sic cogitabam, hic paruæ consuetudinis

Cauſſa, mortem huius tam fert familiariter,
Quid ſi ipſe amaſſet? quid mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenii
Manſuetiq; animi officia. Quid multis moror?
Egomet quoq; eius cauſſa in funus prodeo,
Nil ſuſpicans etiam mali. SO. Hem quid eſt? SI. Scies.
Effertur, imus, interea inter mulieres
Quæ ibi aderant, unam aſpicio adoleſcentulam,
Forma. SO. Bona fortaſſe. SI. & uoltu Soſia
Adeo modeſto, adeo uenuſto, ut nihil ſupra.
Quæ mihi tum lamentari præter cæteras
Viſa eſt, & quia erat forma præter cæteras
Honeſta, ac liberali, accedo ad pediſſequas,
Quæ ſit rogo, ſororem eſſe aiunt Chryſidis.
Percuſſit illico animum, at at, hoc illud eſt,
Hinc illæ lachrymæ, hæc eſt illa miſericordia. SO.
Quam timeo quorſum euadas. SI. Funus interim
Procedit, ſequimur, ad ſepulchrum uenimus,
In ignem poſita eſt, fletur. interea hæc ſoror
Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius
Satis cum periculo. ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene diſſimulatum amorem, & cælatum indicat,
Adcurrit, mediam mulierem complectitur,
Mea Glycerium inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum illa (ut conſuetum facile amorem cerneres)
Reiecit ſe in eum, flens q̃ familiariter. SO.
Quid ais? SI. Redeo inde iratus, atq; ægre ferens,

Nec fatis ad obiurgandum cauſſæ, diceret,
Quid fœci? quid commerui, aut peccaui pater?
Quæ ſeſe uoluit in ignem iniicere prohibui.
Seruaui, honeſta ratio eſt. SO. Recte putas.
Nam ſi illum obiurges, uitæ qui auxilium tulit,
Quid facies illi, qui dederit damnum, aut malum? SI.
Venit Chremes poſtridie ad me clamitans,
Indignum facinus comperiſſe ſe, Pamphilum
Pro uxore habere hanc peregrinam. ego illud ſedulo
Negare factum. ille inſtat factum. deniq;
Ita tum diſcedo ab illo, ut qui ſe filiam
Neget daturũ. SO. Non tu ibi gnatũ? SI. Nec quidem hæc
Satis uehemens cauſſa ad obiurgandum. SO. qui? cedo. SI.
Tute his rebus finem præſcripſiſti pater,
Prope adeſt, cum alieno more uiuendum eſt mihi,
Sine nunc meo me uiuere interea modo. SO.
Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus? SI.
Si propter amorem uxorem nolit ducere,
Ea primum ab illo animaduertenda iniuria eſt.
Et nunc id operam do, ut per falſas nuptias,
Vera obiurgandi cauſſa ſit, ſi deneget.
Simul ſceleratus Dauus, ſi quid conſili
Habet, ut conſumat nunc, cum nihil obſint doli,
Quem ego credo manibus pedibuſq; obnixe omnia
Facturum, magis id adeo, mihi ut incommodet,
Quam ut obſequar gnato. SO. Quapropter? SI. Rogas?
Mala mens, malus animus. quem quidem ego ſi ſenſero.

Sed quid opust uerbis? sine ut eueniat quod uolo,
In Pamphilo ut nihil sit moræ. restat Chremes
Qui mihi exorandus est, & spero confore.
Nunc tuum est officium, hasbene ut assimules nuptias,
Perterrefacias Dauum, obserues filium,
Quid agat, quid cum illo consilii captet. SO. sat est,
Curabo. eamus iam nunc intro. SI. I præ, sequar.

SIMO. DAVVS.

Partim Scnarii, partim Quadrati, Dimeter unus.

On dubium est, quin uxorem nolit filius,
Ita Dauum modo timere sensi, ubi nuptias
Futuras esse audiuit, sed ipse exit foras. DA.
Mirabar hoc si sic abiret, & heri semper lenitas
Verebar quorsum euaderet.
Qui postq audierat non datum iri filio uxorem suo,
Nunq cuiq nostrum uerbum fœcit, neq id ægre tulit. SI.
At nunc faciet, neq (ut opinor) sine tuo magno malo. DA.
Id uoluit, nos sic nec opinanteis duci falso gaudio,
Speranteis iam amoto metu, inter oscitanteis opprimi,
Ne esset spacium cogitandi ad disturbandas nuptias,
Astute. SI. carnufex quæ loquiť? DA. Herus est, neq ꝑuideră. SI.
Daue. DA. Hem qd est? SI. Ehodū ad me. DA. Quid hicuolt?
SI. Quid ais? DA. Qua de re? SI. Rogas?
Meum Gnatū rumor est amare. DA. Id populus curat scilicet. SI.
Hoccine agis an nō? DA. Ego uero istuc. SI. Sed nūc ea me exqrere,
Iniqui patris est. nam quod antehac fœcit, nihil ad me attinet,
Dum tempus ad eam rem tulit, sui animum ut expleret suum.

NVNC HAEC Dies aliam uitam adfert, alios mores postulat.
Dehinc postulo, siue æquū est te oro Daue, ut redeat iá in uiá. DA.
Hoc qd sit miror. SI. Si q̄ris, dicã. Oés q amãt grauiter sibi dari uxo
Ita aiūt. SI. Tū si qs mg̃m cœpit ad eã rẽ improbū, (rẽ ferūt. DA.
Iꝑm animū ægrotū ad deteriorem pártem plerūq; adplicat. DA.
Nō hercle intellego. SI. nō? hé. DA. nō. Dauus sum, nō Oedipꝰ. SI.
Nempe ergo aperte uis quæ restãt me loqui? DA. sane equidé. SI.
Si sensero hodie quícq̄ in his te nuptiis fallaciæ
Conari quo fiant minus, aut uelle in ea re ostendere q̄ sis callidus,
Verberibus cæsum te Daue in pistrinū dedam, usq; ad necem,
Ea lege atq; omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam.
Quid hoc, intellextin? an nōdū? nō hoc qdé? DA. Immo callide
Ita aperte ipsam rem modo locutus, nil circuitione usus es. SI.
Vbiuis facilius passus sim, quam in hac re me deludier. DA.
Bona uerba quæso. SI. Irrides? nihil me fallis, sed dico tibi
Ne temere facias, neq; haud dicas, tibi non prædictum, caue.

DAVVS SOLVS.

Eiusdem rationis sunt uersus cuius scænæ superioris.
Nimuero Daue nihil loci est segnitiæ, neq; socordiæ,
Quantū intellexi modo senis sententiã de nuptiis,
Quæ, si non astu ꝓuidenť, me aut herū pessundabūt.
Nec quid agã certū est, Pamphilū ne adiutem, an auscultem seni,
Si illū relinquo, eius uitæ timeo. sin opitulor, huius minas,
CVI Verba dare difficile est, primū iam de amore hoc cõperit,
Me infensus seruat, ne quam faciam in nuptiis fallaciam.
Si senserit, perii. aut si libitum fuerit, caussam cœperit
Quo iure, quaq; iniuria præcipitem me in pistrinum dabit.

Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria,
Siue ista uxor, siue amica est, grauida e Pamphilo est,
Audireq; eorum est operæprecium audaciam.
NAM inceptio est amentium haud amantium.
Quicquid peperisset decreuerunt tollere.
Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,
Ciuem Atticam esse hanc. Fuit olim quidam senex
Mercator, nauem is fregit apud Andrum insulam,
Is obiit mortem: ibi tum hanc eiectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam, paruam, fabulæ.
Mihi quidem hercle non fit uerisimile,
Atq; ipsis cõmentũ placet. Sed Mysis ab ea egreditur.
At ego hinc me ad forum, ut conueniam Pamphilum,
Ne de hac re pater imprudentem opprimat.

MYSIS ANCILLA.

¶ Octonarii omnes.

Vdiui Archyllis, iam dudum Lesbiam adduci iubes,
Sane pol illa temulenta est mulier, & temeraria,
Neq; satis digna, cui cõmittas primo partu mulierem
Tamen adducam eam, importunitatem spectate aniculæ,
Quia compotrix eius est, dii date facultatem obsecro
Huic pariundi, atq; illi in aliis potius peccandi locum.
Sed quidnã Pamphilum exanimatũ uideo? uereor quid siet.
Opperiar, ut sciam quidnam hæc turba tristiciæ adferat.

PAMPHILVS. MYSIS.

¶ Quadrati partim, Trimetri nonnulli, Monometer unus, & Dimeter alter.

HOccine est humanum factum, aut inceptũ? hoccine officium patris? MY. Quid illud est? PAM. Proh deum atq; hoĩm fidẽ, quid est, si hæc non cõtumelia est? Vxorem decrerat sese dare mihi hodie, nonne oportuit Præscisse me ante? nonne prius communicatũ oportuit? MY. Miseram me, qd̃ uerbũ audio. PAM. qd Chremes, q denegauerat Se cõmissurũ mihi gnatam suam uxorem, id mutauit, quia Me immutatum uidet, ita ne obstinate operam dat, ut Mea Glycerio miserum abstrahat? quod si fit, pereo funditus. Adeon homine inuenustũ esse, aut infœliçẽ quenq̃ ut ego sum? Proh deum atq; hominum fidem, nullon ego pacto Chremis affinitatem effugere potero? quot modis Contemptus, spretus, facta transacta omnia. hem, Repudiatus repetor, quamobrem? nisi id est quod suspicor, Aliqd monstri alunt, ea quoniã nemini obtrudi potest, Itur ad me. MY. oratio hæc me miseram exanimat metu. PAM. Nam quid ego nunc dicam de patre? Ah tantam ne rem Tam neglegenter agere? præteriens modo, mihi apud forum, Vxor tibi ducenda est Pamphile hodie, inqt, para, abi domũ. Id mihi iussus est dicere, abi cito, ac suspende te. Obstupui, censen me uerbum potuisse ullum proloqui? Aut ullam caussam ineptã saltem, falsam, iniquã? obmutui, Quod si ego rescissem id prius, qd facerẽ si quis nũc me roget? Aliqd facerem, ut hoc ne facerem. sed nũc qd primũ exequar? Tot me impediunt curæ, quæ meum animũ diuorse trahunt, Amor, misericordia huius, nuptiarum solicitudo, Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usq; adhuc,

Quæ meo cunq; animo libitum est facere, sei ne ego ut
aduerser? hei mihi, incertum est quid agam. MY.
Misera timeo incertũ hoc quorsum accidat, sed nunc peropust
Aut hunc cum ipsa, aut aliquid de illa me aduersum hunc loqui.
DVM in dubio est animꝰ, paulo mométo huc illuc ipellit. PAM.
Quis hic loq? Mysis salue. MY. o salue Pam. PAM. qd agis? MY.
Laborat e dolore, atq; ex hoc misera solicita est die, (rogas?
Quia olim in hunc sunt cõstitutæ nuptiæ. tum autem hoc timet,
Ne deseras se. PAM. Ego ne istuc conari queam?
Egon propter me illam decipi miseram sinam?
Quæ mihi suum animum atq; omnem uitam credidit?
Quam ego animo egregie charam pro uxore habuerim?
Bene & pudice eius doctum atq; eductum sinam
Coactum ægestate ingenium immutarier?
Non faciam. MY. Haud uereor, si in te solo sit situm.
Sed uim ut queas ferre? PAM. Adeon me ignauom putas?
Adeon porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum?
Vt neq; me consuetudo, neq; amor, neq; pudor
Commoueat? neq; cõmoneat, ut seruem fidem? MY.
Vnum hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esses sui. PAM.
Memor essem? o Mysis, Mysis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis
De Glycerio, iam ferme moriens me uocat,
Accessi, uos semotæ, nos soli, incipit:
Mi Pamphile, huius formam atq; ætatem uides,
Nec clam te est, q̃ illi nunc utræq; res inutiles,
Et ad pudicitiam, & ad rem tutandam sient.

Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum,
Per tuam fidem, perq; huius solitudinem
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras,
Si te in Germani fratris dilexi loco.
Siue hæc te solum semper fœcit maxumi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.
Te isti uirum do, amicum, tutorem, patrem,
Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.
Hanc in manum dat, mors continuo ipsam occupat,
ACCEPI, acceptã seruabo. MY. ita spero quidem. PAM.
Sed curtu abis abilla? MY. obstetricem adcerso. PAM. Propera,
Atq; audin' uerbum unum caue de nuptiis,
Ne ad morbum hoc etiam. MY. teneo?

ACTVS SECVNDVS.

CARINVS. BIRRIA. PAMPHILVS.

¶ Versus partim Octonarii, partim Senarii, nõnulli Pẽthametri.

Vid ais Birria? dat' ne illa Pãphilo hodie nuptũ? BI.
q Sic é. CA. q scis? BI. apd forũ mõ? Dauo audiui.
CA. ue misero mihi, VT ANIMVS IN SPE atq; ti
more usq; ante hac attentus fuit,
Ita postq; adempta spes est, lassus, cura confectus sstupet. BI.
Quæso ædepol Carine, QVOniã nõ põt id fieri qd' uis, id uelis
Quod possit. CA. Nihil uolo aliud nisi Philomenam. BI.
Ah quanto satius est te id dare operam,
Qui istum amorem ex animo amoueas tuo,
Quam id loqui, quo magis lubido frustra incendatur tua. CA.
FACILE omnes cum ualemus, recta consilia ægrotis damus.

Tu si hic sis, aliter sentias. BIR. Age age ut lubet. CA. Sed Pāphilū
Video, oīa experiri certū est, prius q̄ pereo. BIR. qd hic agit? CA.
Ipm hūc orabo, huic supplicabo, amorē huic narrabo meum,
Credo impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis protrahat dies,
Interea fiet aliquid spero. BIR. Id aliqd nihil est. CA. Birria,
Quid tibi uidet? adeon ad cum? BIR. c̄d, nisi nihil impetres?
Vt abhirretur sibi paratum matrimonium, si illam duxerit. CA.
Abi hinc in malam crucē cum suspitione istac, sceleste. PAM.
Carinum uideo, salue. CA. O salue Pamphile.
Ad te uenio, spem, salutem, auxiliū, consilium expetens. PAM.
Neq; pol consilii locum habeo, neq; auxilii copiam.
Sed istuc qdnā est? CA. hodie uxorē ducis? PAM. Aiūt. Ca. Pāphile
Si id facis, hodie postremū me uides. PAM. Quid ita? CA. hei mihi
Vereor dicere. huic dic quæso Birria. BIR. Ego dicā. PAM. qd ē? BI.
Spōsam si tuā amat. PA. ne iste hau[d] mecū serit, ehodū dic mihi,
Nunqd nam amplius tibi cū illa fuit Carine? CA. Ah Pāphile,
Nihil. PAM. quāuellē. CA. nūc p te amicitiā, & p amorē obsecro,
Pricipio ut ne ducas. PAM. dabo eqdē operā. CA. Sed si id nō pōt,
Aut tibi hæ nuptiæ sunt cordi. PAM. Cordi? CA. Saltē aliquot dies
Profer, dū pficiscor aliquo, ne uideā. PAM. Audi nunc iam
Carine, ego neutiq̄ officium liberi esse hominis puto,
Cum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.
Nuptias effugere ego istas malo, quam tu adipiscier. CA.
Redidisti animū. PAM. Nūc si qd potes, aut tu, aut hic Birria,
Facite, fingite, inuenite, efficite qui detur tibi,
Ego id agā, mihi q ne def. CA. Sat habeo. PAM. Dauū optume
Video, cuius cōsilio fretus sum. CA. At tu hercle haud q̄q̄ mihi,

Nisi ea q̄ nihil op⁹ sunt sciri? fugin hinc? BIR. Ego uero ac lubēs.

DAVVS. CARINVS. PAMPHILVS.

C Tetrametri Trochaici, & Senarii quidam.

Ii boni, boni qd porto? sed ubi inueniā Pāphilū?
d Vt metū i quo nūc é, adimā, atq; expleā aim gaudio. C.
Læt⁹ é, nescio qd. P. uihil é, nōdū hæc resciuit mala. D.
Quem ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas nuptias. CA.
Audin tu illum? DA. Toto me oppido exanimatū quærere.
Sed ubi quærā? aut quo nūc primū intendā? CA. cessas alloq? DA.
Abeo. PAM. Daue ades, resiste. DA. Quis hō est q mero Pāphile
Te ipm quæro. euge Carine: ambo opportune, uos uolo. PAM.
Daue perii. DA. qn tu hoc audi. PA. Interii. DA. qd timeas scio. C.
Mea qdē hercle in dubio est uita. DA. Et tu qd timeas scio. PAM.
Nuptiæ mihi. D. Et id scio. PA. hodie. D. obtūdis, tametsi itellego
Id paues, ne ducas tu illā, tu aūt ut ducas. CA. Rem tenes. PAM.
Istucipsum. DA. atq; istuciptm nihil pericli est, me uide. PAM.
Obsecro ēprimū hoc me libera miserū metu. DA. Hem, libero.
Vxorē tibi nō dat iā Chremes. PAM. q scis? DA. scio, tuus pater
Modo me præhendit, ait tibi uxorem dare sese hodie,
Item alia multa, quæ non est narrandi locus.
Cōtinuo ad te properans, percurro ad forum ut dicam tibi hæc.
Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quendā excelsum locū,
Circumspicio, nusq̄. forte ibi huius uideo Birriam,
Rogo, negat uidisse se. mihi molestum, quid agam cogito.
Redeunti interea ex ipsa re mihi incidit suspicio, hem
Paululum obsonii, ipsus tristis, de improuiso nuptiæ
Nō cohærēt. PA. quorsū nā istuc? DA. egomet ptinuo ad Chremē.

Cum illoc aduenio, ſolitudo ante hoſtium, iam id gaudeo. CA.
Recte dicis. PAM. Perge. DA. Maneo, interea introire neminem
Video, exire neminem, matronam nullam in ædibus,
Nihil ornati, nihil tumulti, acceſſi, intro aſpexi. PAM. Scio
Magnũ ſignũ. DA. Non uidenꝫ cõuenire hæc nuptiis ꝯ PAM.
Non opinor Daue. DA. Opinor narras ꝯ non recte accipis,
Certa res eſt, etiam puerum inde abiens conueni Chremis
Holera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni. CA.
Liberatus ſum hodie Daue tua opera. DA. Ac nullus quidem. CA.
Quid ita ꝯ nẽpe huicprorſus illam nõ dat. DA. Ridiculũ caput,
Quaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat, te illam uxorem ducere.
Niſi uides, niſi ſenis amicos oras, ambis. CA. Bene mones,
Ibo, & ſi hercle ſæpe iam me ſpes hæc fruſtrata eſt, Vale.

PAMPHILVS. DAVVS.

℄ Eiuſdem rationis cum ſuperiori.

Vid igiꝫ Daue ſibi uolt pꝝ, cur ſimulat ꝯ Da. ego dicã tibi
q Si id ſuccenſeat nũc, quia nõ det tibi uxorẽ Chremes,
Ipſus ſibi eſſe iniurius uideatur. neq; id iniuria,
Prius q̃ tuum animũ ut ſeſe habeat ad nuptias perſpexerit.
Sed ſi negaris ducere, ibi culpam omnem in te tranſferet,
Tum illæ turbæ fient. PAM. qd uis patiar ꝯ DA. pꝝ eſt Pamphile.
Difficile eſt, tũ hæc ſola eſt mulier, dictum aut factum inuenerit
Aliquã cauſſã, quã ob rẽ eiiciat oppido. PAM. eiiciat ꝯ DA. cito. Pã.
Cedo igiꝫ qd faciã Daue ꝯ DA. dic te ductur̃e. Pã. hẽ. Da, qd ẽ ꝯ Pam.
Ego ne dicã ꝯ DA. Cur nõ ꝯ PAM. Nõ faciã. DA. Ne nega. PAM.
Suadere noli hoc. DA. Ex ea re quid fiat uide. PAM.
Vt ab illa excludar, hac concludar. DA. Non ita eſt.

Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem,
Ducas uolo uxorem hodie: tu, ducam, inquies.
Cædo quid iurgabit tecum ꝯ hic reddes omnia
Quæ nunc ſunt certa ei conſilia, incerta ut ſient
Sine omni periculo. nam haud dubium eſt, quin Chremes
Tibi non det Gnatam. nec tu ea cauſſa minueris
Hæc quæ facis, ne is ſuam mutet ſententiam.
Patri dic uelle, ut cum uelit tibi iure iraſci, non queat.
Nam quod tu ſperas propulſabo facile. uxorem his moribus
Dabit nemo, inueniet inopem potius q̃ te corrumpi ſinat.
Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentem fœceris,
Alia ocioſus quæret. interea aliquid acciderit boni. PAM.
Itan credis ꝯ DA. haud dubium id quidem eſt. PAM. uide quo me
inducas. DA. quin taces. PAM.
Dicam, puerum autem ne reſciſcat mihi ex illa, cautio eſt.
Nam pollicit⁹ ſum ſuſcepturũ. DA. o facin⁹ audax. PAM. hãc fidẽ
Sibi me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturũ, ut darem. DA.
Curabiꝫ, ſed pater adeſt, caue te eſſe triſtem ſentiat. PAM. Faciam.

SIMO. DAVVS. PAMPHILVS.

Trimetri. Iambici.

Euiſo quid agant, aut quid captent conſili. DA.
r Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges.
Venit meditatus alicunde ex ſolo loco,
Orationem ſperat inueniſſe ſe,
Qua differat te. proin tu face, apud te ut
Sies. PAM. Mõ ut poſſim. DA. Crede inquam hoc mihi Pãphile,
Nunq̃ hodie tecum commutaturum patrem,

Vnum esse uerbum, si te dices ducere.

BIRRIA. SIMO. DAVVS. PAMPHILVS.

℄ Senarii ut superiores.

Erus me relictis rebus, iussit Pamphilum
h Hodie obseruare, ut quid ageret de nuptiis
Scirem. id propterea nunc huc uenientem sequor.
Ipsum adeo præsto uideo cum Dauo. hoc agam. SI.
Vtrunq; adesse uideo. DA. Hem serua. SI. Pamphile. DA.
Quasi de improuiso respice ad eum. PAM. hem pater. DA.
Probe. SI. hodie uxorem ducas, ut dixi, uolo. BIR.
Nunc nostræ timeo parti, quid hic respondeat. PAM.
Neq; istic, neq; alibi tibi usq; erit in me mora. BIR. hem DA.
Obmutuit. BIR. quid dixit? SI. facis ut te decet,
Cum istuc quod postulo, impetro cum gratia. DA.
Sum uerus? BIR. Herus quantũ audio ab uxore excidit. SI.
I nunc iam intro, ne in mora cum opus sit, sies. PAM.
Eo. BIR. nulla ne in re esse homini cuiq; fidem?
Verum illud uerbum est, uolgo quod dici solet,
OMNES sibi melius malle esse q̃ alteri.
Ego illam uidi uirginem forma bona,
Memini uidere, quo æquior sum Pamphilo,
Si se illam in somnis, q̃ illum amplecti maluit.
Renuntiabo, ut pro hoc malo, mihi det malum.

DAVVS. SIMO.

℄ Trimetri Iambici, & unus septenarius.

h Ic nunc me credit aliquam sibi fallaciam
Portare, & ea me hic restitisse gratia. SI.

Quid Dauus narrat? DA. æque quicq̃ nunc quidem. SI.
Nihil ne? hem. DA. nihil, prius. SI. Atq; expectabã quidé. DA.
Præter spem cuenit, sentio, hoc male habet uirum. SI.
Potin es mihi uerum dicere? DA. Nihil facilius. SI.
Num illi molestæ quidpiam hæ sunt nuptiæ,
Propter huiusce hospitæ consuetudinem? DA.
Nihil hercle, aut si adeo, bidui aut tridui est
Hæc sollicitudo, nostín? deinde desinet.
Etenim ipse secum eam rem recta reputauit uia. SI.
Laudo. DA. Dum licitum est ei, dumq; ætas tulit,
Amauit. tum id clam cauit, ne unq̃ infamiæ
Ea res sibi esset, ut uirum fortem decet.
Nunc uxore opus est, animũ ad uxorem adpulit. SI.
Subtristis uisus est esse aliquantulum mihi. DA.
Nihil ꝓpter hanc rem, sed est quod succenset tibi. SI.
Quidnã é? DA. Puerile é. SI. Quid est? DA. Nihil. SI. Quin dicqd
Ait te nimiũ parce facere sumptũ. SI. me ne? DA. Te. (est? DA.
Vix inquit drachmis est obsonatus decem,
Non filio uidetur uxorem dare.
Quem inquit uocabo ad cœnam meorum æqualium
Potissimũ nunc? & quod dicendum hic siet,
Tu quoq; perparce nimiũ, non laudo. SI. Tace. DA.
Commoui. SI. Ego istæc recte ut fiant, uidero.
Quidnam hoc rei est? quid hic uolt ueterator sibi?
Nam si hic mali est quicq̃, hem, illic est huic rei caput.

TERTIVS ACTVS.

MYSIS. SIMO. DAVVS. LESBIA. GLYCERIVM.

¶ Versus eiusdem rationis.

Tapol quidem res est (ut dixti) Lesbia,
Fidelem haud ferme mulieri inuenias uirum. SI.
Ab Andria ẽ ancilla hæc, qd narras? DA. Ita ẽ. MY. sed
Hic Păphilus. SJ. Quid dicit? MY. Firmauit fidẽ. SI. hem. DA.
Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit. MY.
Nam quod peperisset, iussit tolli. SI. O Iuppiter,
Quid ego audio? actum est, siquidem hæc uera prædicat. LE.
Bonum ingenium narras adulescentis. MY. Optumum,
Sed sequere me intro, ne in mora illi sies. LE. sequor. DA.
Quod remedium nunc huic malo inueniam? SI. Quid hoc?
Adeon est demens ex peregrina? iam scio, ah
Vix tandem sensi stolidus. DA. quid hic sensisse se ait? SI.
Hæc primũ adfertur iam mihi ab hoc fallacia,
Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant. GLY.
Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. SI.
Hui tam citò ridiculum, postq̃ ante ostium
Me audiuit stare, adproperat, non sat commode
Diuisa sunt temporibus tibi Daue hæc. DA. Mihin? SI.
Nũ immemor es discipuli? DA. Ego quid narres nescio. SI.
Hiccine me si imparatum in ueris nuptiis
Adortus esset, quos mihi dudos redderet?
Nunc huius periclo fit, EGO IN PORTV nauigo.

LESBIA. SIMO. DAVVS.

¶ Trimetri, & Tetrametri Trochaici, & unus Dimeter Catalecticus, & Pentameter alter.

Dhuc Archyllis quæ adsolent, quæq; oportet
Signa esse ad salutem, omnia huic esse uideo.

Nunc primum fac istæc ut lauet, post deinde
Quod iussi ei dari bibere, & quantum imperaui.
Mox ego huc reuertar.
Ecastor feitus puer natus est e Pamphilo.
Deos quæso ut sit superstes, quãdoquidem ipse est ingenio bono,
Cunq; huic ueritus est optumæ adulescẽti facere iniuriam. SI.
Vel hoc qs nõ credat q te norit, abs te eẽ ortũ? DA. Quidnã id ẽ? SI.
Non imperabat coram quid opus facto esset puerperæ,
Sed postq̃ egressa est, illis quæ sunt intus clamat de uia.
O Daue itan cõtempor abs te? aut ita ne tandem idoneus
Tibi uideor esse, quem tam aperte fallere incipias dolis?
Saltem accurate, ut metui uidear: certe si rescierim. DA.
Certe hercle nunc ipsus se fallit, haud ego. SI. Edixin tibi?
Interminatus sum ne faceres? num ueritus? quid retulit?
Credon tibi hoc, nunc peperisse hanc e Pamphilo? DA.
Teneo quid erret, quid agam habeo. SI. quid taces? DA.
Quid credas? quasi nõ renũciata tibi sint hæc sic fore? SI.
Mihin quisq̃? DA. Eho, an tute intellexti hoc assimularier? SI.
Irrideor. DA. denunciatũ est. nã qui istæc tibi incidit suspicio? SI.
Qui? qa tenoram. DA. Quasi tu dicas factũ id cõsilio meo. SI.
Certe eñ scio. DA. Non satis me pernosti etiã qualis sim Simo. SI.
Ego ne te? DA. sed si qd tibi narrare occepi, cõtinuo dari
Tibi uerba cẽses. SI. falso. DA. Ita q; nihil hercle mutire iã audeo. SI.
Hoc ego scio unum, neminem peperisse hic. DA. Intellextin?
Sed nihilo secius puerum deferent huc ante ostium.
Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum, ut sis sciens,
Ne tu hoc mihi posterius dicas, Daui factum consilio, aut dolis,

Prorsus a me opinionem hanc tuam esse amotam uolo. SI.
Vnde id scis? DA. audiui, & credo. SI. multa cõcurrunt simul,
Qui cõiectură hanc nunc facio, iam prius hæc se e Pamphilo
Grauidam dixit esse inuentũ est falsum. nunc postq̃ uidet
Nuptias domi apparari, missa est ancilla ilico
Ostetricẽ accersitũ ad eam, & puerũ ut adferat simul. DA.
Hoc nisi fit, puerum ut tu uideas, nihil mouent nuptiæ. SI.
Quid ais? cum intellexeras id consilium capere, cur non dixti ex templo Pamphilo? DA.
Quis igit eum abitio abstraxit nisi ego? nam omnes nos qdem
Scimus q̃ misere hanc amarit, nunc sibi uxorem expetit.
Postremo, id mihi da negoti; tu tamen has nuptias
Perge facere ita ut facis, & id spero adiuturos deos. SI.
Immo abi intro, ibi me opperire, & qd parato opus est, para.
Non impulit me hæc nunc omnino ut crederem,
Atq; haud scio, an quæ dixit, sint uera omnia,
Sed parui pendo. Illud mihi multo maximum est,
Quod mihi pollicitus est ipsus gnatus. nunc Chremem
Conueniam, orabo gnato uxorem, si impetro,
Quid alias malim q̃ hodie has fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicitus est, haud dubiũ id est mihi,
Si nolit, quin eum merito possim cogere.
At adeo in ipso tempore eccum ipsum obuiam.

SIMO. CHREMES.

Octonarii, ac Senarii, & dimeter unus.

VIdeo Chremetem. CH. O teipsũ quærebã. SI. Et ego te. CH. Optato aduenis.

Aliquot me adierũt ex te auditũ qui aiebant, hodie filiam
Meam nubere tuo gnato. id uiso, tum, an illi insaniant. SI.
Ausculta paucis, & qd ego te uelim, & tu qd quæris, scies. CH.
Ausculto, loquere quid uelis. SI.
Per ego te deos oro, & nostram amicitiam Chreme,
Quæ incœpta a paruis cum ætate adcreuit simul,
Perq; unicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cuius tibi potestas summa seruandi datur,
Vt me adiuues in hac re, atq; ita ut nuptiæ
Fuerant futuræ, fiant. CH. Ah ne me obsecra,
Quasi hoc te orando impetrare a me oporteat.
Alium esse censes nunc me, atq; olim cum dabam?
Si in rem est utriq; ut fiant, accersi iube.
Sed si ex ea re plus mali est q̃ commodi
Vtriq; id te oro, in commune ut consulas,
Quasi illa tua sit, Pamphiliq; ego sim pater. SI.
Immo ita uolo, itaq; postulo ut fiat Chreme.
Neq; postulem abs te, ni ipsa res moneat. CH. Quid est? SI.
Iræ sunt inter Glycerium & gnatum. CH. Audio. SI.
Ita magnæ, ut sperem posse auelli. CH. Fabulæ. SI.
Profecto sic est. CH. Sic hercle ut dicam tibi,
AMANTIVM iræ amoris reintegratio est. SI.
Hem id te oro, ut ante eamus dum tempus datur,
Dumq; eius lubido occlusa est contumeliis,
Priusq̃ harum scelera & lachrymæ confictæ dolis
Reducant animum ægrotum ad misericordiam,
Vxorem demus, spero consuetudine

Et coniugio liberali deuinctum Chreme.
Dein facile ex illis sese emersurum malis. CH.
Tibi ita hoc uidetur, at ego non posse arbitror,
Neq; illum hanc perpetuo habere, neq; me perpeti. SI.
Qui scis ergo istuc, nisi periculum fœceris? CH.
At istuc periculum in filia fieri graue est. SI.
Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit,
Si eueniat (quod dii prohibeant) discessio.
At si corrigetur, quot commoditates uide.
Principio amico filium restitueris.
Tibi generum firmum, & filiæ inuenies uirum. CH.
Quid istic? si ita istuc animum induxti esse utile,
Nolo tibi ullum commodum in me claudier. SI.
Merito te semper maxumi fœci Chreme. CH.
Sed quid ais? SI. qd? CH. q scis eos nũc discordare inter se? SI.
Ipsus mihi Dauus (qui intimus est eorum consiliis)
Dixit, & is mihi persuadet nuptias
Quantũ queam ut maturem, num censes faceret, filium
Nisi sciret eadem hæc uelle? tute adeo iam eius audies
Verba: heus euocate huc Dauum, atq; eccum uideo foras exire.

DAVVS. SIMO. CHREMES.

¶ Versus eiusdem rationis cum superioribus.

D te ibam. SI. quidnã est? DA. cur uxor nõ accersit̃?
Iam aduespascit. SI. audin tu illũ? ego dudũ nõnihil
Verita sum Daue abs te, ne faceres id qd uulgo seruos
Dolis ut me deluderes, propterea q̃ amat filius. DA. (solet,
Egon istuc facerem? SI. credidi. Idq; adeo metuens

Vos cælaui quod nunc dicam. DA. Quid est? SI. scies.
Nam ꝑpemodũ habeo iã tibi fidẽ. DA. tandẽ cognosti q siem. SI.
Non fuerant nuptiæ futuræ. DA. Quid nõ? SI. sed ea gratia
Simulaui, uos ut pertentarẽ. DA. qd ais? SI. sic res est. DA. Vide.
Nunq istuc qui ego intellegere, uah consilium callidum. SI.
Hoc audĩ, ut hinc te introire iussi, opportũe hic mihi fit obuiã. DA.
Hem, nũ nã perimo? SI. narro huic q̃ tu dudũ narrasti mihi. DA.
Quidnã audio? SI. Gnatã ut det oro, uixq; id exoro. Da. occidi. SI.
Hem, quid dixti? DA. Optume inquam factum. SI. nunc per hunc
nulla est mora. CH.
Domũ modo ibo, ut apparent̃ dicam, atq; huc renũtio. SI.
Nunc te oro Daue, quoniã solus mihi effecisti has nuptias. DA.
Ego uero solus? SI. Corrigere mihi gnatũ porro enitere. DA.
Faciam hercle sedulo. SI. potes nunc dũ animus irritatus est. DA.
Quiescas. SI. age igit̃, ubi nunc est ipsus? DA. mirũ, ni domi est. SI.
Ibo ad eũ, atq; eadẽ hæc q̃ tibi dixi, dicã itidẽ illi. DA. nullus sum.
Quid causæ est, quin hic in pistrinum recta proficiscar uia?
Nihil est preci loci relictum, iam perturbaui omnia,
Herum fefelli, in nuptias conieci herilem filium,
Fœci hodie ut fierent, inspirante hoc atq; inuito Pamphilo.
Hem astutias, quod si quiessem, nihil euenisset mali.
Sed eccum ipsum uideo, occidi. utinam mihi
Esset aliquid hic, quo nunc me præcipitem darem.

PAMPHILVS. DAVVS.

Octonarii omnes. (hoc ꝑfiteor

Bi illic est scelus q me perdidit? DA. perii. PAM. atq;
Iure mihi obtigisse, quãdoquidem tam iners, tam nulli consilii

Sum,ſeruon fortunas meas me commiſiſſe futili?
Ergo preciũ ob ſtultitiam fero,ſed inultum id nunq̃ auferet. DA.
Poſthac incolumé ſat ſcio fore me,hoc nũc ſi deuito malũ. PAM.
Nam quid ego nunc dicam patri? negabon uelle me modo
Qui ſum pollicitus ducere? qua fiducia facere id audeam?
Nec qd de me nũc faciã,ſcio. Da. nec de me qdé,atq; id ago ſedulo
Dicã aliqd iã me inuenturũ,ut huic malo,aliq̃ ꝓducã morã. PAM.
Ohe. DA. uiſus ſũ. PAM. ehodũ bõe uir qd agis? uidé me tuis ꝓſiliis
Miſerũ impeditũ eſſe? DA. At iam expediã. PAM. Expedies?
DA. Certe Pamphile. PAM. (dã furcifer?
Nẽpe ut modo. DA. Immo melius ſpero. PAM. oh tibi ego ut cre
Tu rem impeditã & perditã reſtituas? hem quo frætus ſiem?
Qui me hodie ex tranquilliſſima re coniecisti in nuptias,
An nõ dixi hoc eſſe futurũ? DA. dixti. PAM. qd merito? DA. crucẽ,
Sed ſine paululũ ad me redeã,iam aliqd diſpiciã. PAM. hei mihi
Cur non habeo ſpaciũ,ut de te ſumã ſuppliciũ ut uolo.
Nanq; hoc tempus præcauere mihi me, haud te ulciſci ſinit.

ACTVS QVARTVS.

CARINVS. PAMPHILVS. DAVVS.

Senarii partim Trochaici,partim Quadrati, unus Pentameter.

Occine eſt credibile,aut memorabile,
h Tanta uecordia innata cuiq̃ ut ſiet,
Vt malis gaudeat alienis, atq; ex incommodis
Alterius ſua ut comparet commoda? ah
Id ne eſt uerum? immo id genus hominum peſſumum.
In denegando modo quis pudor paululum adeſt.
Poſt ubi tempus eſt promiſſa iam perfici,

Tum coacti neceſſario ſe aperiunt
Et timent,& tamen res premit eos denegare. ibi
Tum eorum impudentiſſima oratio eſt.
Quis tu es? qui mihi es? cur meam tibi? heus
Proximus ſum egomet mihi,attamen ubi fides
Si roges,nihil pudet. hic ubi opus eſt
Non uerentur. illic ubi nihil opus eſt, ibi
Verentur. Sed quid agam? adeam ne ad eum? ut cum eo
Iniuriam hanc expoſtulem? ingeram mala
Multa,atq; aliquis dicat,nihil promoueris,
Multũ moleſtus certe ei fuero,atq; anĩo moré geſſero. PAM.
Carine,& me & te imprudés (niſi qd dii reſpiciũt) perdidi. CA.
Ita ne imprudés? tandé inuenta eſt cauſſa,ſoluiſti fidé? PAM.
Quid tandé? CA. Etiã nũc me ſeducere iſtis dictis poſtulas. PAM.
Quid iſtuc eſt? CA. Poſtq̃ me amare dixi,cõplacita eſt tibi.
Heu me miſerũ,qui tuũ animũ ex animo ſpectaui meo. PAM.
Falſus es. CA. Nõne eſt tibi ſatis hoc ſolidum uiſum gaudiũ,
Niſi me lactaſſes amantem,& falſa ſpe produceres?
Habeas. PAM. Habeam? ah neſcis quãtis in malis uerſer miſer,
Quantaſq; hic ſuis conſiliis mihi confecit ſolicitudines
Meus carnifex. CA. qd iſtuc tã mirũ eſt,ſi de te exemplũ capit?
PAM. Haud iſtuc dicas,ſi cognoris uel me,uel amorẽ meũ. CA.
Scio cum patre altercaſti dudum,& is nunc propterea tibi
Succenſet,nec té quiuit hodie cogere illam ut duceres. PAM.
Immo etiam quo tu minus ſcis ærumnas meas, hæ nuptiæ
Non apparabant mihi,nec poſtulabat nũquiſq̃ uxorẽ dare. CA.
Scio,tu coactus tua uoluntate es. PAM. Mane.

Nondum ſcis.CA.Scio equidem illam ducturum eſſe te.PAM.
Cur me enecas? hoc audi, nunquam deſtitit
Inſtare,ut dicerem eſſe ducturum patri,
Suadere,orare,uſq; adeo donec perpulit.CA.
Quis hō iſtuc? PAM. Dauus.CA. Dauus? PAM. Dauus interturbat omnia.CA. Quamobrem? PAM.
Neſcio,niſi mihi deos fatis ſcio fuiſſe iratos,q̄ auſcultauerim.CA.
Factum eſt hoc Daue? DA.Factum.CA.hem quid ais ſcelus?
At tibi dii dignum factis exitium diunt.
Eho,dic mihi,ſi omnes hunc coniectum in nuptias
Inimici uellent,quod niſi hoc conſilium darent? DA.
Deceptus ſum,at non defatigatus.CA.Scio.DA.
Hac non ſucceſſit,alia aggrediamur uia.
Niſi id putas,quia primo proceſſit parum,
Non poſſe iam ad ſalutem hoc cōuerti malum. PAM.
Immo etiam.nam ſatis credo,ſi aduigilaueris,
Ex unis geminas mihi conficies nuptias.DA.
Ego Pamphile hoc tibi pro ſeguitio debeo
Conari manibus,pedibus,noctesq; & dies
Capitis periculum adire,dum proſim tibi.
Tuum eſt,ſi quid præter ſpem euenit,ignoſcere.
Parum ſuccedit quod ago,at facio ſedulo.
Vel melius tute aliud reperi,me miſſum face. PAM.
Cupio,reſtitue in quem accepiſti me locum.DA.
Faciam.PAM.At iam hoc opus eſt.DA.Hem,ſed mane,cōcrepuit
ia Glycerio hoſtium. PAM.
Nihil ad te.DA.Quæro.PAM.Hem nūccine demū? DA.At iam

hoc tibi inuentum dabo.

MYSIS. PAMPHILVS. CARINVS. DAVVS.

Octonarii partim,& Senarii Trochaici.

Am ubi ubi erit inuentū tibi curabo,& mecū adductū
I Tuū Pāphilū,tu mō anīe mi, noli te macerare.PAM.
Myſis. MY. qd eſt? hem Pamphile,optume te mihi
offers? PAM.Quid eſt? MY.
Orare iuſſit: ſi ſe ames: hera,iam ut ad ſeſe uenias,
Videre ait te cupere ſe.PAM. Vah perii,hoc malum integraſcit.
Siccine illam atq; me opera tua nunc miſeros ſolicitarier?
Nam iccirco accerſor,nuptias quod mihi apparari ſenſit. CA.
Quibus quidem q̄ facile poterat quieſci,ſi hic quieſſet.DA.
Age,ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte,inſtiga.MY.
Atq; ædepol ea res eſt, ꝓptereaq; nūc miſera in mœrore eſt. PAM.
Myſis,per omnes tibi adiuro deos,nunq̄ eam me deſerturum,
Non,ſi capiundos ſciam mihi eſſe inimicos omnes homines.
Hanc mihi expetiui,contigit,cōueniunt mores. VALEANT
Qui iter nos diſſidiū uolūt.hāc niſi mors,mihi adimet nemo CA.
Reſipiſco.PAM.Nō Apollinis magis uer̄,atq; hoc reſponſum eſt,
Si poterit fieri,ut ne pater per me ſtetiſſe credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ,uolo.ſed ſi id non poterit,
Id faciam in procliue quod eſt,per me ſtetiſſe ut credat.
Quis uideor? CA.miſer æquæ atq; ego.DA.conſiliū quæro.CA.
Fortis. PAM.
Scio qd conere.DA. hoc ego tibi ꝓfecto effectū reddam.PAM.
Iam hoc opus eſt.DA.Quin iā habeo.CA.qd eſt? DA.huic nō tibi
Habeo,ne erres.CA.Sat habeo.PAM.Quid facies,cedo.DA.

Dies hic mihi ut satis sit uereor ad agendum,
Ne uacuum esse me nunc ad narrandum credas.
Proinde hinc uos amolimini, nam mihi impedimẽto estis. PAM.
Hãc ego uisã. DA. Quid tu? quo hic te agis? CA. uerẽ uis dicã? DA.
Immo etiam narrationis mihi incipe initiũ. CA. Quid de me fiet?
DA. Eho tu impudens, (nuptias. CA.
Non sat habes, quod tibi dieculam addo, quantũ huic promoueo
Attamen Daue. DA. Quid ergo? CA. ut ducã. DA. Ridiculũ. CA.
Huc face ad me ut uẽias si qd poteris. Da. qd ueniã? nihil habeo. C.
Attamẽ si qd. DA. Age ego ueniã. CA. Si qd, domi ero. DA.
Tu Mysis (dum exeo) parũper opperire me hic. MY.
Quapropter? DA. Ita facto opus est. MY. Matura. DA. Iam inquã
hic adero.

MYSIS. DAVVS.

Senarii omnes.

Ihil esse proprium cuiq̃? Dii uostram fidem,
Summũ bonum esse heræ putabã hunc Pamphilũ,
Amicum, amatorem, uirum in quouis loco
Paratum. uerum ex eo nunc misera quem capit
Laborem? facile hic plus mali est, q̃ illic boni.
Sed Dauus exit. mi homo quid istuc obsecro est?
Quo portas puerum? DA. Mysis nunc opus est tua mihi
Ad hanc rem exprompta malitia, atq; astutia. MY.
Quidnam incepturus? DA. Accipe a me hunc ocius.
Atq; ante nostram ianuam appone. MY. Obsecro,
Humi ne? DA. Ex ara sume hinc uerbenas tibi,
Atq; eas substerne. MY. Quamobrem id tu te non facis? DA.

Quia si forte opus sit ad herum iusiurandum mihi
Non apposuisse, ut liquido possim. MY, Intellego.
Noua nunc religio in te istæc incessit, cedo? DA.
Moue ocius te, ut quid agam porro intellegas.
Proh Iuppiter. MY. Quid? DA. Sponsæ pater interuenit,
Repudio quod consilium primum intenderam. MY.
Nescio quid narres. DA. Ego quoq; hinc a dextra
Venire me assimulabo, tu ut subseruias
Orationi, utcunq; opus sit uerbis, uide. MY.
Ego quid agas nihil intellego. sed si quid est
Quod mea opera opus sit uobis, aut tu plus uides
Manebo, ne quod nostrum remorer commodum.

CHREMES. MYSIS. DAVVS.

Partim Senarii, Partim Quadrati.

Euertor postq̃ quæ opus fuere ad nuptias
Gnatæ paraui, ut iubeam accersi, sed quid hoc? r
Puer hercle est, mulier tun adposuisti hunc? MY. Vbi
Illic est? CH. Nõ mihi rũdes? MY. hem nusq̃ est? ue miseræ mihi,
Reliquit me homo, atq; abiit. DA. Dii uostram fidem,
Quid turbæ est apud forũ? quot illic hominũ litigant?
Tum annona cara est, quid dicam aliud, nescio? MY.
Cur tu obsecro hic me solam? DA. Hem, quæ est hæc fabula?
Eho Mysis puer hic unde est? qsue huc attulit? MY.
Satin sanus es, qui me id rogites? DA. Qué ego igitur rogem?
Qui hic neminem alium uideam? CH. Miror unde sit. DA.
Dicturan es qd rogo? MY. Haud. DA. Concede ad dextrã. MY.
Deliras, non tu te ipse? DA. Verbum si mihi.

Vnum præter q̃ quod te rogo faxis,caue. MY.
Maledicis. DA.unde ẽ dic clare. MY. A uobis. DA. ha,ha,he.
Mirum uero,impudenter mulier si facit meretrix. CH.
Ab Andria est ancilla hæc quantum intellego. DA.
Adeon uidemur uobis esse idonei,
In quibus sic illudatis? CH. Veni in tempore. DA.
Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua,
Mane,caue quoq̃ ex istoc excessis loco. MY.
Dii te eradicent,ita me miseram territas. DA.
Tibi ego dico,an non? MY. quid uis? DA. At etiam rogas?
Cedo,cuium puerum hic apposuisti? Dic mihi. MY.
Tu nescis? DA. mitte id quod scio,dic quod rogo. MY.
Vri. DA. cuius uri? MY. Păphili. DA. hem qd? Păphili? MY.
Eho an nõ est? CH. recte has ego semper fugi nuptias. DA.
O facinus animaduertendũ. MY. Quid clamitas? DA.
Quem ne ego uidi heri ad uos adferri uesperi? MY.
O homínem audacem. DA. Verum,uidi Cantharam
Suffarcinatam. MY. Diis pol habeo gratias,
Cum pariundo aliquot adfuerunt liberæ. DA.
Ne illa illum haud nouit, cuius causſa hæc incipit,
Chremes si positum puerum ante ædeis uiderit,
Suam gnatam non dabit, tanto hercle magis dabit. CH.
Non hercle faciet. DA. nunc adeo ut tu sis sciens,
Nisi puerum tollis,iam ego hunc in mediam uiam
Prouoluam,teq; ibidem prouoluam in luto. MY.
Tu pol homo non es sobrius. DA. FALLACIA ALIA
Aliam trudit. iam susurrari audio

Ciuem Atticam esse hanc. CH. Hem. DA. Coactus legibus
Eam uxorem ducet. MY. Eho obsecro,an non ciuis est? CH.
Iocularium in malum insciens pene incidi. DA.
Quis hic loquitur? o Chreme per tempus aduenis,
Auscultа. CH. Audiui omnia. DA. Ah,ne tu omnia? CH.
Audiui inquam a principio. DA. Audistin obsecro?
Hem scelera,hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.
Hic est ille,non te credas Dauum ludere. MY.
Me miseram, nihil pol falsi dixi mi senex. CH.
Noui omnem rem,est Simo intus? DA. est. MY.
Ne me attingas scelestę, si pol Glycerio non omnia hæc. DA.
Eho inepta,nescis quid sit actum? MY. Qui sciam? DA.
Hic socer est,alio pacto haud poterat fieri,
Vt sciret hæc quæ uolumus. MY. Hem prædiceres. DA.
PAVLVM interesse cẽses, ex animo omnia
Vt fert natura facias,an de industria?

CRITO. MYSIS. DAVVS.

C Senarii omnes,præter unum Septenarium.

IN hac habitasse platea dictum est Chrysidem,
Quæ sese inhoneste optauit parare hic diuitias
Potius,q̃ in patria honeste pauper uiuere.
Eius morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos percontor uideo,saluete. MY. Obsecro
Quem uideo? est ne hic Crito sobrinus Chrysidis?
Is est. CRI. O Mysis salue. MY. Saluos sis Crito. CRI.
Itan Chrysis? hem. MY. nos quidẽ pol miseras perdidit. CRI.
Quid? uos? quo pacto hic? satin recte? MY. Nos ne?

VT Quimus aiunt,quando ut uolumus non licet.CRI.
Quid Glyceriũ? iam hic ſuos parentes repperit? MY.
Vtinam.CRI. An nondũ etiam? haud auſpicato huc me appuli.
Nam pol ſi id ſciſſem,nunq̃ huc tetuliſſem pedem.
Semper enim dicta eſt eſſe hæc,atq; habita eſt ſoror.
Quæ illius fuere poſſidet. nunc me hoſpitem
Lites ſequi,q̃ id mihi ſit facile atq; utile,
Aliorum exempla commonent. ſimul arbitror
Iam aliquem eſſe amicum & defenſorem eius. nam fere
Grandiuſcula iam profecta eſt illinc. clamitent
Me Sycophantam,hæreditatem perſequi,
Mendicum,tum ipſam deſpoliare non licet.MY.
Optume hoſpes pol Crito antiquum obtines.CRI.
Duc me ad eam,quãdo huc ueni,ut uideã.MY.Maxume.DA.
Sequar hos.nolo me in tempore hoc uideat ſenex.

ACTVS QVINTVS.

CHREMES. SIMO.

Quadrati omnes.

Atis iam ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea,
Satis pericli incœpi adire,orandi iam finem face.
Dum ſtudeo obſequi tibi,pene illuſi uitam filiæ.SI.
Immo eñ nũc q̃ maxume abs te oro atq; poſtulo Chremes.
Vt beneficiũ uerbis initũ dudum,nunc re cõprobes.CHR.
Vides q̃ iniquus ſis præ ſtudio,dum id efficies qd̃ cupis,
Neq; modũ benignitatis,neq; quid me ores cogitas.
Nam ſi cogites,remittes me iam onerare iniuriis.SI.
Quibus? CH. ah rogitas? perpuliſti me,ut homini aduleſcẽtulo,

In alio occupato amore,abhorrenti ab re uxoria,
Filiam ut darem in ſeditionem,atq; in incertas nuptias,
Eius labore atq; eius dolore gnato ut medicarer tuo,
Impetraſti.incœpi dum res tulit,nunc non fert,feras.
Illam hinc ciuem eſſe aiunt,puer eſt natus,nos miſſos face.SI.
Per ego te deos oro,ut ne illis animum inducas credere,
Quibus id maxume utile eſt,illum eſſe q̃ deterrimum.
Nuptiarum gratia hæc ſunt ficta,atq; incœpta omnia.
Vbi ea cauſſa quãobrem hæc faciũt,erit adempta,his deſinẽt.CH.
Erras,cũ Dauo egomet uidi iurgantem ancillam.SI.ſcio.CH.
At uero uoltu,cum ibi me adeſſe neuter tum præſenſerat.SI.
Credo,& id facturas,Dauos dudum prædixit mihi.
Et neſcio qd tibi ſum oblitus hodie, ac uolui dicere.

DAVVS. CHREMES. SIMO. DROMO.

Quadrati & Senarii,& unus Dimeter.

Nimo nũc iã ocioſo eẽ impo.CH.hẽ Dauũ tibi. SI.
a Vñ egredi? DA.Meo præſidio atq; hoſpitis.SI.Quid
Illud mali eſt? DA.
Ego cõmodiorẽ hominẽ aduentũ ad tẽpus nõ uidi.SI.ſcelus
Quemnam hic laudat? DA.OMNIS res eſt iam in uado.SI.ceſſo
alloqui.DA. (Chreme.
Herus eſt, qd agam? SI.ſalue bone uir. DA. hem o Simo, o noſter
Omnia apparata ſunt iam intus.SI.curaſti probe.DA.Vbi uoles
Accerſe.SI.Bene ſane,id enímuero hic nunc abeſt.
Etiã tu hoc rñde,qd iſtic tibi negoti eſt? DA.mihin? SI.ita.DA.
Mihi ne? SI.tibi ego.DA.mõ ĩtroii.SI.q̃ſi ego q̃dudũ rogẽ.DA.
Cum tuo gnato una.SI.an ne eſt intus Pãphilus? crucior miſer.

Eho non tu dixtin esse inter eos inimicitias carnufex? DA.
Sũt.SI.cur igit̃ ñ est? CH.qd illũ cẽses? cum illa litigat.DA.
Immo uero indignũ Chremes iam facinus faxo ex me audies.
Nescio quis senex modo uenit,ellum,confidens,catus.
Cum faciem uideas,uidetur esse quantiuis precii,
Tristis seueritas inest in uoltu, atq; in uerbis fides.SI.
Quidnã apportas? DA.nihil eqdẽ,nisi qd̃ illũ audiui dicere.SI.
Quid ait tandẽ? DA.Glycerium se scire esse ciuem Atticã.SI.
Hẽ Dromo,Dromo.DA. Quid ẽ? SI.Dromo. DA. Audi obsecro.
SI. Verbum si addideris,Dromo.DA.
Audi obsecro.Dro. Quid uis? SI. Sublimẽ intro hũc rape quantũ
potes.DRO. (quid fœci.SI.rape DA.
Quẽ? SI.Dauũ.DA.Quãobrẽ? SI.Quia lubet,rape inq̃.DA.
Si quicq̃ inuenies me mentitum,occidito.SI.Nihil audio.
Ego te iam cõmotũ reddã.DA.tametsi hoc uerũ est.SI.tamen
Cura ad seruandũ uinctũ,atq; audin,q̃drupedẽ cõstringito.
Age nunc,iam ego pol hodie si uiuo,ostendam tibi
Herum quid sit pericli fallere,& illi patrem.CH.
Ah ne sæui tantopere.SI. o Chreme,
Pietatem gnati nonne te miseret mei,
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile,exi Pamphile, ecquid te pudet?

PAMPHILVS. SIMO. CHREMES.

℄ Senarii partim,& Septenarii.

Vis me uolt? perii pater est.SI. Quid ais oĩm? CH.
Ah rem potius ipsam dic̃,ac mitte male loqui.SI.
Quasi quicq̃ in hũc iam grauius dici possiet.ain

Tandem ciuis Glycerium est? PAM.Ita prædicant. SI.
Ita prædicant? o ingentem confidentiam.
Num cogitat quid dicat? num facti piget?
Vide num eius color pudoris signum usq̃ indicat?
Adeo impotenti esse animo,ut præter ciuium
Morem atq; legem,& sui uoluntatem patris,
Tamen hanc habere cupiat cum summo probro? PAM.
Me miserũ.SI.Hem,modo ne id demũ sensisti Pamphile?
Olim istuc olim, cum ita animũ induxti tuum,
Quod cuperes aliquo pacto efficiendum tibi,
Eodem die istuc uerbum uere in te accidit.
Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam senectutem huius sollicito amentia?
An ut pro huius peccatis ego sumpplicium sufferam?
Immo habeat,ualeat,uiuat cum illa.PAM.Mi pater.SI.
Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris.
Domus,uxor, liberi inuenti inuito patre.
Adducti qui illam ciuem hinc dicant, uiceris.PAM.
Pater,licet ne pauca? SI.Quid dices mihi? CH.
At tamen Simo audi.SI.Ego audiã? quid ego audiam
Chreme? CH.At tamẽ dicat sine.SI.Age dicat, sino.PAM.
Ego me amare hanc fateor,si id peccare est,fateor id quoq;
Tibi pater me dedo, quid uis oneris impone,impera.
Vis me uxorem ducere,hanc uis amittere? ut potero feram.
Hoc modo obsecro,ut ne credas á me allegatum hunc senem.
Sine me expurgẽ,atq; illũ huc corã adducã.SI.adducas? PA.sine
Pr̃.CH.æquũ postũlat,da ueniã.PAM. Sine te hoc exorẽ.SI.sino.

Quiduis cupio,dum ne ab hoc falli cõperiar Chreme.CH.
PRO peccato magno,paululum supplicii satis est patri.
CRITO. CHREMES. SIMO. PAMPHILVS.
¶ Octonarii,& Senarii Trochaici,& unus Hypermeter.
Itte orare,una harũ quæuis causſa me ut faciã monet,
m Vltu,ul qd uelit est, ul qd ipi bñ cupio Glycerio. CH.
Andriũ ego Critonẽ uideo certe is ẽ.CRI.Saluos sis Chreme. Chr.
Quid tu Athenas insolés? CRI. euenit, sed hiccine ẽ Simo? Chre.
Hic,SI.Men quæris? eho tu Glyceriũ hinc ciuẽ esse ais? CRI.
Tu negas? SI.ita ne huc parat9 aduenis? CRI.q̃ de re? SI.rogas?
Tu ne impune hoc facias? tu ne hic homines adulescẽtulos
Imperitos rerum,eductos libere, in fraudem illicis?
Sollicitãdo & pollicitãdo eorũ animos lactas? CRI.San9 ne es? SI.
Ac meretricios amores nuptiis conglutinas? PAM.
Perii,metuo ut subsitet hospes.CH.Si Simo hunc noris satis,
Non ita arbitrere,bonus hic est uir.SI. Hic uir sit bonus,
Ita ne attemperate uenit hodie in ipsis nuptiis,
Vt ueniret ante hac nunq̃? est uero huic credẽdũ Chreme? PAM.
Ni metuã patrẽ, habeo pro illa re qd illũ moneã probe.SI.
Sycophanta.CRI.Hé,CH.sic Crito ẽ hic,mitte. CRI.uideat q siet.
Si mihi perget quæ uolt dicere,ea quæ non uolt,audiet.
Ego istæc moueo aut curo? nõ tu tuũ malũ æquo animo feres?
Nam ego quæ dixi,uera an falsa audieris,iam sciri potest.
Atticus quidam olim naui fracta apud Andrum iectus est,
Et istæc una parua uirgo:tum ille egens forte adplicat
Primũ ad Chrysidis patrẽ se.SI.fabulã inceptat.CH.sine. CRI.
Ita ne uero obturbat? CH.perge.CRI.Tũ is mihi cognatus fuit?

Qui cum recepit.ibi ego audiui ex illo sese esse Atticum.
Is ibi mortuus est.Chre.Eius nomen. CRI. Nomen tam cito tibi?
Phania, Chre. Hem,
Perii.CRI. uerũ hercle opinor fuisse Phaniam.hoc certo scio,
Rhãnusiũ se aiebat esse.Chre.O Iuppiter.CRI.eadẽ hæc Chreme
Multi alii in Andro tum audiuere.Chr. Vtinam id sit quod spero,
eho dic mihi, (CRI.Fratris filiã.CH.
Quid eam tum? suã ne esse aiebat? CRI.Nõ.Chre.Cuiam igitur?
Certe mea est.CRI.Quid ais? SI.Quid tu ais? PAM. ARRIGE aures Pamphile.SI.
Qui credis? CH.Phania ille frater meus fuit.SI.norã, & scio.Chr.
Is hinc bellum fugiens,meq; in Asiam persequens ꝓficiscitur.
Tum illam relinquere hic est ueritus,post illa nunc primũ audio
Quid illo sit factũ.Pam.uix sum apd me,ita aĩm9 cõmot9 é metu,
Spe,gaudio,mirãdo hoc tanto,tam repentino bono.SI.
Sane istã multis modis tuã inueniri gaudeo.PAM.credo pr.Chre.
At mihi unus scrupulus etiã restat,q me male habet. Pam.dign9 es
Cum tua religione odio. NODVM in scirpo quæris. CRI. Quid istuc est? Chre. (Crito?
Nomẽ nõ cõuenit,CRI. Fuit hercle huic aliud paruæ, CH. Quod
Nunquid meministi? CRI.Id quæro.PAM.Ego ne huius memoriam patiar meæ
Voluptati obstare? cum ego possim in hac re medicari mihi?
Non patiar.heus Chreme, quod quæris Passibula est.CRI.ipsa est.
CH. East.PAM.
Ex ipsa millies audiui.SI. Omnis nos gaudere hoc Chremes
Te credo credere. Chre.Ita me dii bene ament credo.PAM.

Quid reſtat pater? SI.
Iamdudũ res reduxit me ipſa in gratiã. PAM. O lepidũ patrem,
De uxore ita ut poſſedi nihil mutat Chremes. CH. Cauſſa
optuma ſt. (Dos eſt Pamphile
Niſi quid pater aliud ait. PAM. Nẽpe. SI. Id ſcilicet. CH.
Decẽ taléta. PAM. accipio. CH. ppero ad filiã, eho mecũ Crito.
Nã illã me haud noſſe credo. SI. Cur nõ illã huc trãſferri iubes? Pã.
Recte admones. Dauo ego iſtuc dedã iã negoci. SI. nõ pt. PAM.
Qui non poteſt? SI. Quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius.
PAM. quidnam? SI.
Vinctus eſt. PAM. Pater, non recte uinctus eſt. SI. Haud ita iuſſi.
PAM. Iube ſolui,
Obſecro. SI. Age fiat. PAM. At matura. SI. Eo intro. PAM. O fau-
ſtum & fœlicem hunc diem.

CARINVS. PAMPHILVS.

C Septenarii, ac Senarii Trochaici.

Rouiſo quid agat Pamphilus, atq; eccum. PAM. aliqs
Forſan me putet
P Nõ putare hoc uerũ, at mihi nũc ſic eẽ hoc uerũ lubet
Ego uitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,
Quod uoluptates eorũ propriæ ſunt. nam mihi immortalitas
Parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.
Sed quẽ ego potiſſimũ exoptẽ nũc mihi, cui hæc narrẽ, dari? CA.
Quid illud gaudii eſt? PAM. Dauon uideo, nemo eſt quẽ malim
Nam hunc ſcio mea ſolide ſolum gauiſurum gaudia. (omnium

DAVVS. PAMPHILVS. CARINVS.

C Eiuſdem rationis.

Amphilus ubi nã hic eſt? PAM. Daue. DA. qs hõ eſt?
P PAM. Ego ſũ. DA. O Pãphile. PAM. (gerit ſcio. Pã,
Neſcis qd mihi obtigerit. DA. Certe. ſed qd mihi obti.
Et eqdẽ ego. DA. More hoĩm euenit, ut qd' ſim nactus mali
Prius reſciſceres tu, q̃ ego illud quod tibi euenit boni. PAM.
Mea Glycerii ſuos parentes repperit. DA. O factum bene.
CA. Hem. PAM. (narras pbe. PAM.
Pater amicus ſummus nobis. DA. Quis? PAM. Chremes. DA.
Nec mora ulla eſt, quin eam uxorem ducã. CA. Num ille ſomniat
Ea quæ uigilans uoluit? PAM. Tũ de puero Daue? DA. Ah deſine.
Solus es quem diligunt dii. CA. ſaluus ſum, ſi hæc uera ſunt.
Adibo & colloquar. PAM. Quis homo eſt? o Carine.
In tpe ipo mihi aduẽis. CA. Bñ factũ. PAM. Hẽ audiſtin? CA. Oia.
Age me in tuis ſecundis rebus reſpice, tuus eſt nunc Chremes.
Facturum quæ uoles ſcio eſſe omnia. PAM. Memini.
Atq; adeo longum eſt, nos illum expectare dum exeat.
Sequere hac me, intus apud Glycerii nũc eſt. tu Daue abi domũ,
Propera, accerſe hinc q auferant eam, qd ſtas? qd ceſſas? DA. Eo
Ne expectetis dum exeant huc, intus deſpondebitur,
Intus tranſigetur, ſi quid eſt quod reſtet, PLAVDITE.

FINIS ANDRIAE.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

Phædria aduleſcens.	Parmeno ſeruus.
Thais meretrix.	Gnatus paraſitus.
Cherea aduleſcens.	Thraſo miles.
Pythias ancilla.	Chremes ſenex.
Antipho aduleſcens.	Dorias ancilla.
Dorus Eunuchus.	Sanga ſeruus.
Sophrona nutrix.	Laches ſenex.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS. L. POSTHVMIO.
L.Corne.Aedilib.Curulib.ægit L.Ambiui9,Turpio.L.
Atilius Prænestinus,Tibiis duabus dextris.Græca
Menandri facta secũda. modos fœcit Flac,
cus.M.Valerio C.Fannio consſ.

C.SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

℄ Trimetri, Iambici.

Ororem falso dictitatam Thaidis,
Idipsum ignorans miles abduxit Thraso.
S Ipsiq donat.erat hæc ciuis Attica.
Eidem Eunuchum, quem emerat,tradi iubet
Thaidis amator Phædria,ac rus ipse abiit,
Thrasoni oratus biduum concederet.
Ephæbus frater Phædriæ puellulam
Cum deperiret dono missam Thaidi,
Ornatu Eunuchi induitur.suadet Parmeno.
Introiit,uitiat uirginem:sed Atticus
Ciuis repertus frater eius,conlocat
Vitiatam Ephæbo,Phædriam exorat Thraso.

ADILON.

℄ Eiusdem rationis.

Eretrix adulescentem,cuius mutuo amore
m Tenebatur,exclusit, eiq reuocato
Exclusionis causſas reddidit.eius frater
Minor natu, uirginem,quam miles
Meretrici dono miserat,amare cœpit.
Deductusq in domum meretricis pro Eunucho,uitiat.

Re itaq cognita,cum illusam se meretrix
Doleret,ab eodem adulescente placatur.
Interuentuq fratris eius ciuem cognitam
Athenien sem duxit uxorem. miles quoq
In partem meretricii amoris receptus,illuditur.

PROLOGVS.

℄ Eiusdem rationis.

S I quisq est,qui placere se studeat bonis
Quam plurimis,& minime multos lædere,
In his poeta hic nomen profitetur suum.
Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
Existimauit esse,sic existimet,
Responsum non dictum esse:quia læsit prior,
Qui bene uertendo,& easdem scribendo male,
Ex Græcis bonis Latinas fœcit non bonas.
Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,
Atq in thesauro scripsit causſam dicere
Prius unde petitur aurum quare sit suum,
Quam ille qui petit unde esset thesaurus sibi,
Aut unde in patrium monumentum peruenerit.
Dehinc ne frustretur ipse se, aut sic cogitet:
Defunctus iam sum,nihil est quod dicat mihi,
Is ne erret moneo,& desinat lacessere.
Habeo alia multa,quæ nunc condonabuntur,
Quæ proferentur post,si perget ledere.
Ita ut facere instituit. Nunc quam acturi sumus
Menandri Eunuchum, postq ædiles emerunt,

Perfœcit ſibi ut inſpiciundi eſſet copia.
Magiſtratus cum ibi adeſſet, occæptaſt agi.
Exclamat furem, non poetam fabulam
Dediſſe, & nihil dediſſe uerborum tamen
COLACEM eſſe Neui, & Plauti ueterem fabulam,
Paraſiti perſonam inde ablatam, & militis.
Si id eſt peccatum, peccatum imprudentiaſt
Poetæ, non qui futurum facere ſtuduerit.
Id ita eſſe uos iam iudicare poteritis.
Colax Mænandri eſt, in ea eſt paraſitus Colax,
Et miles glorioſus, eas ſe non negat
Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam
Ex græca, ſed eas fabulas factas prius
Latinas ſciſſe ſe, id uero pernegat.
Quod ſi perſonis iiſdem uti aliis non licet,
Qui magis licet currentes ſeruos ſcribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Paraſitum edacem, glorioſum militem,
Puerum ſupponi, falli per ſeruum ſenem,
Amare, odiſſe, ſuſpicari? Denicp
NVLLVM EST iam dictum, quod non dictum ſit prius,
Quare æquum eſt uos cognoſcere, atq; ignoſcere,
Quæ ueteres factitarunt, ſi faciunt noui.
Date operam, & cum ſilentio animaduortite,
Vt pernoſcatis quid ſibi Eunuchus uelit.

ACTVS PRIMVS.

PHAEDRIA ADVLESCENS. PARMENO SERVVS.

℄ Trimetri omnes.

Vid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem
q Cum adcerſor ultro? an potius ita me cõparem,
Non perpeti meretricum contumelias.
Excluſit, reuocat, redeam? non, ſi me obſecret. PA.
Si quidem hercle poſſis, nihil prius, neq; fortius.
Verum ſi incipies, neq; perficies nauiter,
Atq; ubi pati non poteris, cum nemo expectet,
Infecta pace ultro ad eam uenies, indicans
Te amare, & ferre non poſſe, actum eſt, ilicet
Periſti, eludet ubi te uictum ſenſerit. PH.
Proin tu, dum eſt tempus, etiam atq; etiam cogita. PAR.
Here, quæ res in ſe, neq; conſilium, neq; modum
Habet ullum, eam conſilio regere non potes.
IN AMORE hæc omnia inſunt uicia, iniuriæ,
Suſpitiones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum. incerta hæc, ſi poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam ſi des operam, ut cum ratione inſanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
Ego ne illam? quæ illium? quæ mei? quæ non? ſine modo,
Mori me malim, ſentiet qui uir ſiem.
Hæc uerba, una me hercle falſa lachrumula,
Quam oculos terendo miſere, uix ui expreſſerit,
Reſtinguet, & te ultro accuſabis, & dabis ei
Vltro ſuppliciũ. PH. O indignum facinus, nunc ego
Et illam ſceleſtam eſſe, & me miſerum ſentio.

Et tœdet,& amore ardeo.& prudens,sciens,
Viuens,uidensq; pereo:nec quid agam scio.PA.
Quid agas? nisi ut te redimas captum q̃ queas
Minimo,si nequeas paululo,at quanti queas.
Et ne te adflictes.PH.Ita ne suades? PA.Si sapis,
Neq; præterq̃ quas ipse amor molestias
Habet,addas,& illas quas habet,recte feras.
Sed eccam,ipsa egreditur nostri fundi calamitas.
Nam quod nos capere oportet,hæc intercipit.

THAIS MERETRIX. PHAEDRIA. PARMENO.

¶ Eiusdem rationis.

Isseram me,uereor,ne illud grauius Phædria
Tulerit,ne uę aliorsum atq; ego fœci, acceperit,
Quod heri intromissus nō est.PH. Totus Parmeno
Tremo horreoq; postq̃ aspexi hanc.PAR. Bono animo es,
Accede ad ignem hunc,iam calesces plus satis.TH.
Quis hic loquitur? ehem,tu ne eras hic mi Phædria?
Quid hic stabas? cur non recta introibas? PAR.Cæterum,
De exclusione uerbum nullum.TH.Quid taces? Phæ.
Sane quia uero hæ mihi patent semper fores.
Aut quia sum apud te primus.TH.Missa istæc face.Phæ.
Quid missa? o Thais Thais,utinam esset mihi
Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret,ut
Aut hoc tibi doleret itidem ut mihi dolet:
Aut ego istuc abs te factum,nihili penderem.TH.
Ne crucia te obsecro anime mi Phædria.
Non pol,quo quenq̃ plus amem,aut plus diligam

Eo fœci,sed ita erat res,faciundum fuit. PAR.
Credo (ut fit) misera præ amore exclusit hunc foras. Tha.
Siccine ais Parmeno? age,sed huc qua gratia
Te accersi iussi,ausculta.Ph.Fiat.Tha.At dic mihi?
Hoc primũ,potin est hic tacere? PAR. Ego ne? optume.
Verum heus tu,hac lege tibi meam astringo fidem.
Quæ uera audiui taceo,& conticeo optume.
Sin falsum,aut uanum,aut fictum st continuo palam st.
PLENVS rimarum sum,hac atq; illac perfluo.
Proin taceri si uis,uera dicito.TH.
Samia mihi mater fuit,ea habitabat Rhodi.PAR.
Potest taceri hoc.TH.Ibi tum matri paruolam
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam.Phæ. Ciuem ne? Tha.Arbitror.
Certum non scimus.matris nomen & patris
Dicebat ipsa.patriam & signa cætera
Neq; sciebat, neq; per ætatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat,e prædonibus
Vnde emerat,se audisse,abreptam e Sunio.
Mater ubi accæpit, cœpit studiose omnia
Docere,educare,ita ut si esset filia.
Sororem plæriq; esse credebant meam.
Ego cum illo quo cum tum uno rem habebam hospite,
Abii huc,qui mihi reliqt hæc quæ habeo omnia.PAR.
Vtrunq; hoc falsum est,efflauet.Tha.Qui istuc? PAR.Quia
Neq; tu uno eras contenta,neq; solus dedit.
Nam hic quoq; bonam,magnamq; partem ad te attulit. Tha.

Itaſt,ſed ſine me peruenire quo uolo.
Interea miles,qui me amare occœperat,
In Cariam eſt profectus,te interea loci
Cognoui.tute ſcis poſtilla,q̃ intumum
Habeam te,& mea conſilia ut tibi credam omnia. PH.
Ne hoc quidé tacebit Parmeno.PA.oh dubiũ ne id eſt? TH.
Hoc agite amabo,mater mea illic mortuaſt
Nuper, eius frater aliquantũ ad rem eſt auidior,
Is ubi hanc forma uidet honeſta uirginem,
Et fidibus ſcire,precium ſperans,ilico
Producit,uendit.forte fortuna adfuit
Hic meus amicus,emit eam,dono mihi dedit.
Imprudens harum rerum,ignaruſq; omnium.
Is uenit: poſtq̃ ſenſit me tecum quoq;
Rem habere, fingit cauſſas,ne det,ſedulo.
Ait ſi fidem habeat,ſe iri præpoſitum tibi
Apud me,ac non id metuat,ne ubi acceperim
Seſe relinquam,uelle ſe illam mihi dare,
Verum id uereri.ſed ego quantum ſuſpicor
Ad uirginem animũ adiecit.PH. Etiam ne amplius? TH.
Nihil.nam quæſiui nunc ego eam mi Phedria.
Multæ ſunt cauſſæ quãobrem cupio abducere,
Primũ,quod ſoror eſt dicta.præterea ut ſuis
Reſtituam ac reddam.ſola ſum, habeo hic neminem,
Neq; amicum,neq; cognatum.quamobrem Phædria
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Id amabo adiuta me,quo id fiat facilius.

Sine illum prioreis parteis per hoſce aliquot dies
Apud me habere.nihil reſpondes? PH. peſſuma.
Egon quidq̃ cum iſtis factis tibi reſpondeam? PAR.
Heu noſter,laudo,tandem perdoluit,uir es. PH.
At ego neſciebam quorſum tu ires, paruola
Hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua,
Soror dictaſt,cupio abducere, ut reddam ſuis,
Nempe omnia hæc nunc uerba huc redeunt.deniq;
Ego excludor,ille recipitur. qua gratia?
Niſi illum plus amas q̃ me.& iſtam nunc times
Quæ aduectaſt,ne illum talem præripiat tibi. TH.
Egon id timeo? PH. Quid te ergo aliud ſolicitat? cedo.
Num ſolus ille dona dat? nunc ubi meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier?
Nonne ubi mihi dixti,cupere te ex Aethiopia
Ancillulam,relictis rebus omnibus
Quæſiui.porro,Eunuchum dixti uelle te,
Quia ſolæ utuntur his reginæ,repperi,
Heri minas uiginti pro ambobus dedi.
Tamen contemptus abs te,hæc habui in memoria,
Ob hæc facta abs te ſpernor. TH. Quid iſtic Phædria?
Quanq̃ illam cupio abducere,atq; hac re arbitror
Id fieri poſſe maxume,ueruntamen
Potius q̃ te inimicum habeam,faciam ut iuſſeris. PH.
Vtinam iſtuc uerbum ex animo ac uere diceres,
Potius q̃ te inimicum habeam. ſi iſtuc crederem
Syncere dici,quiduis poſſem perpeti. PAR.

Labascit,uictus uno uerbo,q̃ cito. THA.
Ego non ex animo misera dico, quam ioco
Rem uoluisti a me tandem, quin perfœceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te,biduum
Saltem ut cõcedas solum. Phæ. Siquidem biduum.
Verum,ne fiant isti uiginti dies. Tha.
Profecto nõ plus biduũ,aut. Phæ. Aut? nihil moror. Tha.
Nobis dedit se. Par. fratris igit Thais toast. Chæ. Scilicet. PAR.
Iam hoc aliud est qd' gaudeamus, miles pellitur foras. Chæ.
Frater ubi ubi est fac q̃primũ hæc audiat. Par. Visam domũ. Thr.
Nunqd Gnato dubitas, quin ego perpetuo perierim? Gna. Sine
Dubio opinor. Chæ. qd cõmemorẽ primũ, aut laudẽ maxume?

Illam qui mihi dedit cõsilium,ut facerem,an me qui ausus sim
Incipere? an fortunã collaudem,quæ gubernatrix fuit?
Quæ tot res,tantas,tam opportune in unum cõtulit diem.
An mei patris festiuitatem,& fœlicitatem? O Iuppiter
Serua obsecro hæc bona nobis.

PHAEDRIA. CHEREA. THRASO. GNATO.

¶ Eiusdem rationis.

Ii uestram fidem incredibilia
Parmeno modo quæ narrauit,sed ubi est frater? Chæ.
Præsto adest. PAR.
Gaudeo.Chæ.Satis credo,nihil est Thaide tua dignius
Quod ametur,ita nostræ omni est fautrix familiæ. Phæ.
Mihi illam laudas? Thr. perii. q̃to min9 spei est,tãto magis amo.
Obsecro Gnato in te spes est GN.qd uis faciã. TH. perfice hoc
Precibus,precio,ut hæreã in parte aliq̃ tandẽ apud Thaidẽ.GN.
Diffcile est.Thr.Si quid collibuit, noui te,hoc si effeceris,
Quoduis donũ & præmiũ a me optato id optatũ feres.GN.
Ita ne? Thr.sic erit.GN.si efficio hoc, postulo ut mihi tua domus,
Te præsente,absente pareat,inuocato ut sit locus
Semper.Thr.Do fidem ita facturum.GN.Accingar.Phæ.
Quem ego hic audio? Scis? Thra.
O Thraso. Thra. Saluete. Phæ. Tu fortasse quæ facta hic sint ne-
Scio. Phæ. Cur ergo in his te ego cõspicor regionibus? Thra.
Vobis frætus. Phæ. Scin q̃ frætus? miles edico tibi,
Si te in platea offendero hac post unq̃,nihil est quod dicas mihi,
Aliũ quærebã,iter hac habui,peristi. GN. eia haud sic decet. Phæ.
Dictũ est. GN. nõ cognosco uestrũ gen9 tã supbũ. Phæ. sic erit. GN.

Prius audite paucis,quod cum dixero,si p'acuerit
Facitote. PH. audiamus. GN. tu concede paululũ istuc Thraso.
Principio ego nos credere ambos hoc mihi uehementer uelim,
Me huius quicqd facio, id facere maxume caussa mea.
Verum,si idem uobis prodest, uos non facere,insciast. PH.
Quid id est? GN. militem riualem ego recipiundũ censeo. PH. hẽ,
Recipiundũ? GN. cogita modo,tu hercle cũ illa Phædria,
Et libenter uiuis,etenim bene libenter uictitas,
Et quod des paululũ est, & necesse est multũ accipere Thaidẽ,
Vt tuo amori suppeditare possit,sine sumptu tuo.
Ad omnia hæc,magis opportunus,nec magis ex usu tuo
Nemo est,principio & habet quod det,& dat nemo largius.
Fatuus est,insulsus,tardus, stertit noctesq̃ & dies.
Neq̃ istum metuas ne amet mulier: facile pellas ubi uelis. PH.
Quid agimus? GN. præterea hoc etiã qd ego uel primũ puto,
Accipit hominẽ nemo melius prorsus,neq̃ prolixius. PH.
Mirũ,ni illoc homĩe quoquo pacto op9 est. CH. idẽ arbitror. GN.
Recte facitis.unũ etiã hoc uos oro,ut me in uestrũ gregem
Recipiatis,Satis diu hoc iam saxum uorso. PH. Recipim9. CH.
Ac libenter. GN. at ego pro isto Phædria,& tu Chærea
Hunc cõmedẽdũ & deridendũ uobis ppino. Ch. placet. PH.
Dignus est. GN. Thraso,ubi uis accede. THR. obsecro te qd agim9?
GN. Quid? isti te ignorabãt. postq̃ eis mores ostendi tuos,
Et collaudaui secundum facta & uirtutes tuas,
Impetraui. THR. bene fœcisti, gratiam habeo maxumam.
Nunq̃ etiã fui nisi q̃,quin me oñes amarẽt plurimũ. GN.
Dixin ego hoc eẽ uobis Attică eloquẽtiã? Ph. Nihil prætermissũ ẽ.

GN. ite hac. Vos ualete, & plaudite, Calliopius recensui.

¶ FINIS EVNVCHI.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

Chremes senex
Clinia adulescens.
Syrus seruus.
Sostrata matrona.
Bacchis meretrix
Antiphila meretrix.
Menedemus senex.
Clitipho adulescens.
Dromo seruus.
Nutrix.
Phrygia ancilla.

GRAECA EST MENANDRI. ACTA LVDIS MEGA-

lensibus. L. Cornelio Lentulo. L. Valerio Flacco Aedilibus Curulib. ægit Ambiuius Turpio, modos fecit Flaccus Claudi. Acta primū tibiis imparibus. deinde duabus dextris. Acta etiam tertia, C. Cornelio. M. Iuuenio Cōss.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

¶ Trimetri.

IN militiam proficiscí gnatum Cliniam
Amantem Antiphilam compulit durus pater,
Animiq; sese angebat facti pœnitens.
Mox ut reuersus est, clam patre diuortitur
Ad Clitiphonem, is amabat scortum Bacchidem.
Cum adcerseret cupitam Antiphilam Clinia,
Et eius Bacchis uenit amica, ac seruolæ
Habitum gerens Antiphila. factum id, quo patrem
Suum cælaret Clitipho, hic technis Syri
Decem minas meretriculæ aufert a sene.

Antiphila Clitiphonis reperitur soror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.

PROLOGVS.

¶ Trimetri omnes.

QVi sit uestrum mirum, cur parteis seni
Poeta dederit, quæ sunt adulescentium.
Id primum dicam, deinde quid ueni eloquar.
Ex integra græca, integram comœdiam
Hodie sum acturus Heautontimorumenon,
Duplex quæ ex argumento facta est simplici.
Nouam esse ostendi, & quæ esset. nunc qui scripserit,
Et cuia græca sit, ni partem maxumam
Existimarem scire uestrum, id dicerem.
Nunc quam ob rem has parteis didicerim, paucis dabo.
Oratorem uoluit esse me, non Prologum,
Vestrum iudicium fœcit, me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit a facundia,
Quantum ille potuit cogitare commode,
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.
Nam q̄ rumores distulerint maleuoli,
Multas contaminasse Græcas, dum facit
Paucas Latinas, factum hic id esse non negat,
Neq; se id pigere deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum, quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fœcerunt, putat.
Tum quod maleuolus uetus poeta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse musicum

Amicum ingenio frætum haud natura sua,
Arbitrium uestrum, uestra existimatio
Valebit, quam ob rem omnes uos oratos uolo,
Ne plus iniquum possit q̃ æquum oratio.
Facite æqui litis, date crescendi copiam,
Nouarum qui spectandi faciunt copiam
Sine uitiis: ne ille pro se dictum existumet,
Qui nuper fœcit seruo currenti iniuria
Decesse populum: cur insano seruiat?
De illius peccatis plura dicet cum dabit.
Alias nouas, nisi finem maledictis facit.
Adeste æquo animo, date potestatem mihi,
Stataria ag're ut liceat per silentium.
Ne semper seruus currens, iratus senex,
Edax parasitus, Sycophanta autem impudens,
Auarus leno, assidue agendi sint mihi,
Clamore summo, cum labore maximo,
Mea caussa caussam hanc iustam esse animũ inducite,
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi,
Nam nunc nouas qui scribunt, nihil parcunt seni.
Si qua laboriosa est, ad me curritur.
Sin leuis est, ad alium mox defertur gregem.
In hac est pura oratio. experimini
In utranq; partem ingenium quid possit meum.
Si nunquam auare pretium statui arti meæ,
Et eum esse quæstum in animum induxi maximum,
Quam maxume seruire uestris commodis.

Exemplum statuite in me, ut adulescentuli
Vobis placere studeant, potius q̃ sibi.

ACTVS PRIMVS.

CHREMES. MENEDEMVS SENES.

Trimetri, & Septenarii, unus dimeter Brachicatalecticus.

Vanquam hæc inter nos nuper noticia admodũ est.
Inde adeo, quod agrum in proxumo hic mercatꝰ es.
Nec rei ferè sane amplius quicq̃ fuit,
Tamen uel uirtus tua me, uel uicinitas
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)
Facit, ut te audacter moneam, & familiariter.
Quod mihi uidere præter ætatem tuam
Facere, & præterq̃ res te adhortatur tua.
Nam proh deum atq; hominũ fidem, quid uis tibi?
Aut quid quæris? Annos sexaginta natus es,
Aut plus eo (ut coniitio) agrum in his regionibus
Meliorem, neq; pretii maioris nemo habet,
Seruos compluris. proinde quasi nemo siet,
Ita attente tute illorum officia fungere.
Nunq̃ tam mane egredior, neq; tam uesperi
Domum reuertor, quin te in fundo conspicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre. denique,
Nullum remittis tempus, neq; te respicis.
Hæc non uoluptati tibi esse, satis certe scio.
At enim dices, me quantum hic fiat operis pœnitet.
Quod in opere faciundo opere consumis tuæ,
Si sumas in illis exercendis, plus agas. ME.

Chræme tantum ne ab re tuaſt ocii tibi,
Aliena ut cures,ea nihil quæ ad te attinent: Chræ.
Homo ſum,humani a me nihil alienum puto.
Vel me monere hoc,uel percontari puta.
Rectum eſt ego ut faciam,non eſt te ut deterream. ME.
Mihi ſic eſt uſus,tibi ut facto opuſt face. Chræ.
An cuipiã eſt uſus homini ſe ut cruciet? ME. Mihi. Chræ.
Si quid laboris eſt,nollem. ſed quid iſtuc mali eſt?
Quæſo quid de te tantum meruiſti? ME. Eheu. Chræ.
Ne lachryma,atq; iſtuc quicquid eſt,fac me ut ſciam,
Ne retice,ne uerere,crede inquam mihi
Aut conſolando,aut conſilio,aut re iuuero. ME.
Scire hoc uis? Chre. Hac equidem cauſſa quam dixi tibi. ME.
Dicetur. Chre. Iſtos raſtros interea tamen,
Depone,ne labora. ME. Minime. Chre. Quam rem agis? ME.
Sine me,uacuum tempus ne quod dem mihi
Laboris. Chre. Nõ ſinam inq̃. ME. Ah,nõ æquũ facis. Chre.
Hui,tam graueis hos quæſo. ME. Sic meritũ eſt meũ. Chre.
Nunc loquere. ME. Filium unicum aduleſcentulum
Habeo,ah quod dixi habere me? immo habui Chræme,
Nunc habeam nec ne,incertum eſt. Chre. Quid ita iſtuc?
ME. Scies. Eſt e Corinthó hic aduena anus paupercula,
Eius filiam ille amare cœpit perdite,
Prope iam ut pro uxore haberet: hæc clam me omnia.
Vbi rem reſciui,cœpi non humanitus,
Neq; ut animum decuit ægrotum aduleſcentuli,
Tractare,ſed ui & uia peruulgata patrum,

Cottidie accuſabam,hem tibi ne hæc diutius
Licere ſperas facere,me uiuo patre?
Amicam ut habeas prope iam uxoris loco?
Erras ſi id credis,& me ignoras Clinia.
Ego te meum eſſe dici tantiſper uolo,
Dum quod te dignum eſt facies: ſed ſi id non facis,
Ego quod me in te ſit facere dignum inuenero.
Nulla adeo ex re iſtuc fit,niſi ex nimio ocio.
Ego iſtuc ætatis non amori operam dabam,
Sed in Aſiam hinc abii propter pauperiem,
Atq; ibi ſimul rem,& gloriam armis belli repperi.
Poſtremo ad hoc res rediit, aduleſcentulus
Sæpe eadem,& grauiter audiendo victus eſt,
Putauit me ætate,& ſapientia
Plus ſcire & prouidere,q̃ ſe ipſum ſibi.
In Aſiam ad regem militatum abiit Cheme. Chre.
Quid ais? ME. clam me profectus, menſeis treis abeſt. Chre.
Ambo accuſandi,etſi illud inceptum,tamen
Animi eſt pudentis ſignum,& non inſtrennui. ME.
Vbi comperi ex his,qui ei fuere conſcii,
Domum reuortor mœſtus,atq; animo fere
Perturbato, atq; incerto præ ægritudine,
Aſſido,accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt,
Video alios feſtinare,lectos ſternere
Cœnam apparare,pro ſe quiſq; ſedulo
Faciebat, quo illam mihi lenirent miſeriam.
Vbi uideo hæc,cœpi cogitare,hem,tot mea

Solius soliciti sunt caussa, ut me unum expleant?
Ancillæ tot me uestiant? sumptus domi
Tantos ego solus faciam? sed gnatum unicum
(Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,
Quod illa ætas magis ad hæc utenda idonea est)
Eum ego eieci hinc miserum iniustitia mea.
Malo quidem me dignum quouis deputem,
Si id faciam. nam usq; dum ille uitam illam incolit
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea usq; illi de me supplicium dabo,
Laborans, quærens, parcens, illi seruiens,
Ita facio prorsus. nihil relinquo in ædibus,
Nec uas, nec uestimentum: corrasi omnia,
Ancillas, seruos (nisi eos qui opere rustico
Faciundo facile sumptum exerceant suum)
Omneis produxi ac uendidi. inscripsi ilico
Aedeis mercede, quasi talenta quindecim
Coegi, agrum hunc mercatus sum, hic me exerceo.
Decreui tantisper me minus iniuriæ
Chremi meo gnato facere, dum fiam miser.
Nec mihi fas esse ulla me uoluptate hic frui,
Nisi ubi ille huc saluus redierit meus particeps. CH.
Ingenio te esse in liberos leni puto,
Et illum obsequentem, si quis recte aut commode
Tractaret. uerum, neq; tu illum satis noueras,
Nec te ille, hoc ibi sis, ubi non recte uiuitur.
Tu illum, nunq; ostendisti quanti penderes.

Nec tibi illest credere ausus, quæ est æquum patri,
Quod si esset factum, hæc nunq; euenissent tibi. ME.
Ita res est fateor, peccatum a me maximum st. Chre.
Menedeme, at porro recte spero illum tibi
Saluum affuturū esse hic confido propediem. ME.
Vtinam dii ita faxint. Chre. Facient, sed nunc si cómodūst,
Dionysia hic sunt, hodie apud me sis uolo. ME.
Non possum. Chre. Cur non? quæso tandē aliquantulū
Tibi parce, idem absens facere te hoc uolt filius. ME.
Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim,
Nunc meipsum fugere. CH. Siccine est sententia? ME.
Sic. CH. bene uale. ME. Et tu. CH. lachrumas excussit mihi,
Miseretq; me eius. sed ut diei tempus est,
Monere oportet me hunc uicinum Phaniam,
Ad cœnam ut ueniat: ibo ut uisam si domi est.
Nihil opus fuit monitore, iam dudum domi
Præsto apud me esse aiunt, egomet conuiuas moror,
Ibo hinc intro. sed quid crepuerunt fores?
Hinc a me quisnam egreditur? huc concessero.

CLITIPHO ADVLESCENS. CHREMES.

Octonarii, & unus Dimeter Brachicatalecticus.

Nihil adhuc est qd uereare Clinia, haud q̄q̄ etiā cessant,
Et illā simul cū nūndo tibi hic ego affuturā hodie scio,
Proin tu solicitudinē istā fallam: q̄ te excruciat: omitte.
Qui cum loquitur filius? CLI. (tas. Chre.
Pater adest qué uolui, adibo. pater opportune aduenis. Chre.
Quid est? CLI. Hunc Menedemū nostin nostrum uicinū? Chre.

Probe. Clit. Huic filium scis esse? Chræ. Audiui in Asia. Cliti. Non est pater,

(tem, illico

Apud nos est. Chre. Quid ais? Clit. Aduenientem, e naui egredien-
Adduxi ad cœnã. nam mihi magna cũ eo iam inde usq; a pueritia
Semper fuit familiaritas. Chre. Voluptatem magnam nuntias.
Quã uellẽ Menedemũ inuitatũ, ut nobiscũ esset hodie amplius.
Vt hanc læticiã nec opinanti primus ei obiicerem domi,
Atq; etiã nũc tẽpus est. Clit. caue faxis, nõ est opus pater. Chre.
Quapropter? Clit, quia eũ incertũ st etiã qd de se faciat, mõ uenit.
Timet oñia, patris ira, & animũ amicæ se erga ut sit suæ.
Eã misere amat, ppter eã hæc turba, atq; abitio euenit. Ch. scio. Cli.
Nũc seruolũ ad eã in urbẽ misit, & ego nostrum una Syrum. Chre.
Quid narrat? Cliti. Quid? ille se miserum esse. Chre. Miserum?
quem minus credere st,
Quid reliqui est, qn habeat, quæ quidẽ in homĩe dicunt bona?
Paréteis, patriã incolumẽ, amicos, genus, cognatos, diuitias.
Atq; hæc perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet.
Qui uti scit, ei bona, illi qui nõ utitur recte, mala. Clit.
Immo ille fuit senex importunus semper, & nunc nihil magis
Vereor, q̃ ne quid in illũ iratus, plus satis faxit pater. Chre.
Ille ne? sed reprimã me. nam in metu esse hũc, illi est utile. Clit.
Quid tute tecũ? Chre, dicã, ut ut erat, mansum tamen oportuit,
Fortasse aliquanto iniquior erat, præter eius libidinem
Pateref. nam quem ferret, si parentem non ferret suum?
Hunccine erat æquũ ex illius more, an illum ex huius uiuere?
Et qd illũ insimulat durũ, id non est. nam parentũ iniuriæ
Vnius modi sunt ferme, paulo qui est homo tolerabilis,

Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuarier.
Præbet exigue sumptũ, & ea sunt tamen ad uirtutẽ omnia.
VERVM, ubi animus semel se cupiditate deuinxit mala,
Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia: hoc
Scitũ st, periculũ ex aliis facere, tibi qd ex usu siet. Clit.
Ita credo. CH. ego ibo hinc intro, ut uideam nobis qd cœnæ siet.
Tu ut tempus est diei, uide sis, ne quo hinc abeas longius.

CLITIPHO.

C Tetrametri.

Quam iniqui sunt patres i omneis adulescẽtes iudices,
Qui æquũ esse cẽsent, nos ia a pueris ilico nasci senes.
Neq; illarũ affines esse rerum, quas fert adulescẽtia.
Ex sua lubidine moderant, quæ nunc est, non quæ olim fuit.
Mihi si unquã filius erit, ne ille facillimo utetur patre.
Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus.
Non ut meus, qui mihi per alium ostendit suã sententiam.
Perii, iis mihi ubi adbibit plus paulo, sua qui narrat facinora.
Nunc ait, periculũ ex aliis facito, tibi quod ex usu siet.
Astutus, ne ille haud scit, quam mihi nunc surdo narret fabulã.
Magis nunc me amicæ dicta stimulant, da mihi, atq; affer mihi.
Cui qd respondeã nihil habeo, neq; me quisq̃ est miserior.
Nam hic Clinia, & si is suarum rerum satagit, attamen
Habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretriciæ.
Meast potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis.
Tum quod dem ei rectest, nam nihil esse mihi, religio est dicere.
Hoc ego mali non pridem inueni, neq; etiam dum scit pater.

CLINIA. CLITIPHO.

¶ Eiusdem rationis.

I mihi secũdæ res de amore meo essent, iam dudũ scio
S Venissent, sed uereor me absente ne mlier corrupta sit
Cõcurrũt mltæ opiones, quæ mihi animũ exaugeãt.
Locus, occasio, ætas, mater, sub imperio cuius est, mala,
Cui nihil iam præter precium dulcest. CL. Clinia. CL. Hei misero mihi. CLIT.
Etiam caues, ne uideat forte hinc te a patre aliquis exiens. CL.
Faciã. sed nescio quid profecto mihi animus præsagit mali. CLIT.
Pergin istuc prius diiudicare, q̃ scis quid ueri siet. CL.
Si nihil mali esset, iam hic adesset. CLIT. Iam aderũt. CLIN.
Quando istuc erit? CLIT.
Non cogitas hinc longius abesse? & NOSTI mores mulierũ,
Dum moliunt, dum cõmuntur, annus est. CLIN. o Clitipho
Timeo. CLIT. respira, eccũ Dromonẽ cum Syro una adsunt tibi.

SYRVS. DROMO. S. CLINIA CLITIPHO. A.

¶ Tetrametri ac Trimetri, partim Legitimi,
partim Septenarii, Trochaici.

In tu. DR. Sicé. SY. Verũ iterea dũ sermões cædimꝰ,
Illæ sũt relictæ. Clit. Mlier tibi adest, audi Clinia? Cli.
Ego uero audio nũc demũ & uideo, & ualeo Clitipho
CLIT. Minime mirũ, adeo impeditæ sunt, ancillarũ gregem
Dueũt secũ, Cli, perii, unde illæ sunt ancillæ? Clit. men rogas? SY.
Non oportuit relictas, portant quid rerũ. Clin. Hei mihi. SI.
Aurum, uestem, & uesperascit, & non norunt uiam,
Factum a nobis stultæ est: abidum tu Dromo illis obuiam

Prope, qd stas? Clin. Vę misero mihi, quãta de spe decidi, Cliti.
Quid istuc? quæ res te sollicitat aũt? Clin. Rogas quid siet?
Viden tu ancillas? aurum, uestem, quã ego cũ una ancillula
Hic reliq: unde ea esse cẽses? Clit. uah, nũc demũ intellego. SY.
Dii boni, qd turbæst, ædes nostræ uix capient scio.
Quid comedẽt? qd bibent? qd seni erit nostro miserius?
Sed uideo, eccos quos uolebã. Clin. O Iuppiter ubi nam est fides?
Dum ego ꝓpter te errans patria careo demens, tu interea loci
Collocupletasti te Antiphila, & me in his deseruisti malis,
Propter quã in summa infamia sum, & meo pri minꝰ sũ obsequẽs,
Cuius nunc pudet me, & miseret, qui harũ mores cantabat mihi.
Monuisse frustra dolet, neq; potuisse unq̃ ab hac me expellere.
Quid tamen nunc faciã, tum cũ gratũ mihi esse potuit, nolui.
Nemo est miserior me. SY. hic de nostris uerbis erat uidelicet,
Quæ hic sumꝰ locuti. Clinia aliter tuum amorẽ atq; est, accipis.
Nam & uitast eadem, & animus te erga idem ac fuit,
Quantum ex ipsa re coniecturam fœcimus. Clin.
Quid est obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium st
Quod malim, q̃ me hoc falso suspicarier. SY.
Hoc primum, ut ne quid huius rerum ignores, anus
Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit.
Ea obiit mortem, hoc ipsa in itinere alteræ
Dum narrat, forte audiui. Clit. Quæ nam est altera? SY.
Mane, hoc quod cœpi primum enarrem o Clitipho,
Post istuc ueniam. Clit. propera. SY. Iam primum omnium
Vbi uentum ad ædeis est, Dromo pultat fores.
Anus quædam prodit. hæc ubi aperuit hostium

Continuo hic se coniecit intro. ego consequor.
Anus foribus obdit pessulum. ad lanam redit.
Hinc sciri potuit (aut nusquam alibi) Clinia,
Quo studio uitam suam te absente exegerit,
Vbi de improuiso est interuentum mulieri.
Nam ea res dedit tum existimandi copiam
Cottidianæ uitæ consuetudinem.
Quæ cuiusq; ingenium ut sit, declarat maxume.
Texentem telam studiose ipsam offendimus,
Mediocriter uestitam ueste lugubri.
Eius anuis causa opinor, quæ erat mortua,
Sine auro tum ornatam, uti quæ ornantur sibi,
Nulla mala re expolitam muliebri,
Capillus pexus, prolixus, circum caput
Reiectus negligenter, pax. Clin. Syre mi obsecro
Ne me in leticiam frustra coniicias. SY. Anus
Subtegmen nebat. præterea una ancilla erat,
Ea texebat una pannis obsita,
Neglecta, immunda illuuie. Clit. Si hæc sunt Clinia
Vera, ita uti credo, quis te est fortunatior?
Sin hanc quam dicit sordidatam & sordidam,
Magnũ hoc quoq; signum st, dominam esse extra noxam,
Cum eius tam negleguntur internuntii.
Nam disciplina est, eisdem munerarier
Ancillas, primum ad dominas qui affectant uiam. Clin.
Perge obsecro te, & caue ne falsam gratiam
Studeas inire, quid ait, ubi me nominas? SY.

Vbi dicimus rediisse te, & rogare uti
Veniret ad te mulier, telam deserit
Continuo, & lachrumis opplet os totum sibi,
Vt facile scires desyderio id fieri tuo. Clin.
Præ gaudio (ita me dii ament) ubi sim nescio,
Ita timui. Clit. At ego nihil esse sciebam Clinia.
Agedum uicissim Syre, dic quæ illast altera. SY.
Adducimus tuam Bacchidem. Clit. Hem quid Bacchidem?
Eho, sceleste quo illã adducis? Sy. quo ego illã? ad nos scz. Clit.
Ad patré ne? Sy. ad eum ipm. Clit. O hominis impudentẽ.
Audaciã. Sy. heus nõ fit sine pclo facinꝰ magnũ & mẽorable.
Cl. Hoc uide, in mea uita tu tibi laudẽ is quæsitum scelus.
Vbi si paululũ modo quid te fugerit, ego perierim,
Quid illo facias? SY. At eñ. Clit. Quid enim? SY. Si sinas dicam.
Clin. Sine. Clit.
Sino. SY. Ita res ẽ, hæc nũc q̃si cũ. Clit. q̃s (malũ) ambages mihi
Narrare occipit? Cli. Syre uerũ hic d't, mitte ista, atq; ad rẽ redi. SY.
Enimuero reticere nequeo, multis modis iniurius
Clitipho est, neq; ferri potis est. Cli. Audiendũ hercle est, tace.
Clit. Quid est? SY. Vis amare, uis potiri, uis qd des illi effici,
Tuum esse in potiundo, periclũ nõ uis, haud stulte sapis.
Siquidẽ id sapere est, uelle te id quod non potest cõtingere,
Aut hæc cũ illis sunt habẽda, aut illa cum his amittenda sunt.
Harum duarum cõditionũ, nunc utram malis uide.
Et si cõsilium quod cœpi rectum esse, & tutum scio.
Nam apud patré tua amica, tecum sine metu, ut sit copiast.
Tum quod illi argentũ es pollicitus, eadem hac inueniam uia,

Quod ut efficerem, orando ſurdas iam aureis reddideras mihi.
Quid aliud tibi uis? Clit. ſiquidé hoc fit. SY. ſiquidem experiundo ſcies. CLIT.
Age age, cedo iſtuc tuũ cõſiliũ qd id eſt. SY. aſſimulabimus
Tuã amicã huius eſſe amicã. CL. pulchre, cedo qd hic faciet de ſua?
An ea quoq; dicet huius, ſi una hæc dedecori eſt parum? SY.
Immo ad tuã matré deducet. Cli. qd eo? SY. longũ eſt Clitipho,
Sí tibi narrem, quãobrem id faciã, uera cauſa eſt. Clit. fabulæ,
Nihil ſatis firmi uideo, quãobrem accipere hũc mihi expediat me
Mane, habeo aliq̃, ſi iſtuc metuis, qd ambo ꝓfiteamini (tũ. SY.
Sine periclo eſſe. Cli. hmõi obſecro aliqd repperi. SY. maxume.
Ibo obuiam his, dicam ut reuortantur domũ. Cli. hem,
Quid dixti? SY. Ademptũ tibi iam faxo omnem metum,
IN AVREM VTRAMuis otioſe ut dormias. CLIT.
Quid ago nũc? CL. tu ne? quod boniſt. CLIT. Syre dic modo
Verum. SY. Age modo, hodie ſero ac ne quicq̃ uoles. Clin.
Datur modo fruare dum licet. nam neſcias
Eius ſit poteſtas poſthac an unq̃ tibi. Clit.
Syre inquam. SY. Perge porro, tamen iſtuc ago. Clit.
Verum hercle iſtuc eſt Syre, Syre inq̃, heus heus Syre. SY.
Concaluit, qd uis? Clit. Redi, redi. Sy. Adſum, dic quid eſt?
Iam hoc quoq; negabis tibi placere. Clit. Immo Syre,
Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi.
Tu es iudex, ne quid accuſandus ſis, uide. SY.
Ridiculum eſt te iſtuc me admonere Clitipho,
Quaſi iſtic minus mea res agatur, q̃ tua,
Hic ſi quid nobis forte aduerſi euenerit,

Tibi erunt parata uerba, huic hominiuerbera.
Quapropter neutiq̃ hæc res neglectui eſt mihi.
Sed iſtunc exora, ut ſuam eſſe aſſimulet. Clin. ſcilicet
Facturum me eſſe, in eum iam res rediit locum,
Vt ſit neceſſe. Clit. Merito te amo Clinia. Clin.
Verum illa ne quid titubet. SI. Perdoctaſt probe. Cli.
At hoc demiror, qui tam facile potueris
Perſuadere illi, quæ ſolet quoſq; ſpernere. SY.
In tempore ad eam ueni, quod rerum omnium ſt
Primũ. nam miſerum quendam offendi ibi militem,
Eius noctem orantem: hæc arte tractabat uirum,
Vt illius animum cupidum inopia incenderet,
Eademq; ut eſſet apud te ob hoc q̃ gratiſſima,
Sed heus tu uide ſis, ne quid imprudens ruas,
Patrem noſti ad has res q̃ ſit perſpicax.
Ego te autem noui, q̃ eſſe ſoleas impotens,
Inuerſa uerba, euerſas ceruices tuas.
Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtine. Clit.
Laudabis. SY. Vide ſis. Clit. Tutemet mirabere. SY.
Sed q̃ cito ſunt conſecutæ mulieres. Clit.
Vbi ſunt? cur retines? SY. Iam nunc hæc non eſt tua. Clit.
Scio apud patré, at nũc interim? SY. Nihilo magis. Clit.
Sine, SY. non ſinam inq̃. Clit. quæſo pauliſper. SY. ueto. Clit.
Saltem ſalutare. SY. Abeas ſi ſapis. Clit. Eo,
Quid iſtic? SY. Manebit. Clit. o hominem fœlicem. SY. ambula.

BACCHIS ANTIPHILA. CLINIA. SYRVS.

Trimetri.

Depol te mea Antiphila laudo, & fortunatã iudico,
Id cũ ſtuduiſti iſti formæ mores ut cõſimiles forent.
Minimeq; (ita me dii amẽt) miror, ſi te ſibi qſq; expe (tit.
Nam mihi quale ingeniũ haberes, fuit indicio oratio.
Et cũ egomet nũc mecũ in animo uitam tuam cõſydero,
Omniũq; adeo uoſtrũ uolgus, quæ ab ſe ſegregant,
Et uos eſſe iſtiuſmodi, & nos non eſſe haud mirabile eſt.
Nam expedit bonas eſſe uobis, nos qb⁹ cũ res eſt, non ſinũt,
Quippe forma impulſi noſtra, nos amatores colunt.
Hæc ubi immutata eſt, illi ſuum animũ alio conferunt.
Niſi, ſpectũ interea aliqd nobis eſt, deſerte uiuimus,
Vobis cum uno ſimul ubi ætatem agere decretum ſt uiro,
Cuius mos maxume ẽ ꝯſimilis uoſtrũ, hi ſe ad uos applicant.
Hoc bñficio utriq; ab utriſq; uero deuincimini,
Vt nunq; ulla amori ueſtro incidere poſſit calamitas. AN.
Neſcio aliãs, me ſcio quidem ſemper fœciſſe ſedulo,
Vt ex illius cõmodo, meũ cõparaꝛẽ cõmodũ. Clin. Vah
Ergo mea Antiphila, tu nũc ſola reducẽ me in patriã facis.
Nam dum abs te abſum, oẽs mihi labores fuere, quos cœpi leues,
Præterq; tui caredũ qd erat. SY. Credo. Clin. Syre, uix ſuffero. SY.
Hoccine me miſerũ non licere meo modo ingenio frui?
Immo, ut patrẽ tuũ uidi eẽ habitũ diu, etiã duras dabit. BA.
Quis nã ñ adulescẽs ẽ, q ituẽ nos? An. Ah, retine me obſecro. Bac.
Amabo, qd tibi ẽ? An. Diſperii. Bac. Perii miſera, qd ſtupes
Antiphila? An. uideon Cliniã, an nõ? Bac. quẽ uides? Clin.
Salue anime mi, An. O mi Clinia ſalue. Clin. Vt uales? An.
Saluũ ueniſſe te gaudeo. Clin. Teneo ne te
Antiphila, maxume animo exoptata meo? SY.
Ite intro, nam uos iam dudum expectat ſenex.

CHREMES. MENEDEMVS.

¶ Tetrametri ac Trimetri.

Vcęſcit, hoc iam cur ceſſo pultare hoſtium
Vicini? primum ex me ut ſciat ſibi filium
Rediſſe, & ſi aduleſcentem hoc nolle intellego.
Verum cum uideam miſerum hunc tam excruciarier
Eius abitu, cælem tam inſperatum gaudium,
Cum illi nihil pericli ex indicio ſiet?
Haud faciam, nam q̃ potero adiutabo ſenem.
Ita ut filium amico atq; æquali ſuo
Video inſeruire, & ſocium eſſe in negotiis.
Nos quoq; ſenes eſt æquom ſenibus obſequi. ME.
Aut ego profecto ingenio egregie ad miſeriam
Natus ſum, aut illud falſumſt, quod uolgo audio
Dici, DIEM ADIMERE ægritudinem hominibus.
Nam mihi quidem cottidie augeſcit magis
De filio ægritudo. & quanto diutius
Abeſt, magis cupio, tanto & magis deſydero. Chre.
Sed ipſum foras egreſſum uideo, adibo, alloquar.
Menedeme ſalue, nuncium apporto tibi,
Cuius maxime te fieri participem cupis. ME.
Nunqd nam de gnato meo audiſti Chreme? Chre.
Valet atq; uiuit. ME. Vbi nã eſt q̃ſo? Chre. Apd me domi. ME.
Meus gnat⁹? Chre. Sic eſt. ME. Venit? Chre. Certe. ME. Clinia
Meus uenit? Chre. Dixi. ME. Eam⁹, duc me ad eũ obſecro. Chre.
Non uult te ſcire ſe rediſſe, etiam & tuum
Conſpectum fugitat propter peccatum. tum hoc timet,
Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta ſiet. ME.
Non tu ei dixiſti ut eſſem? Chre. Nõ. ME. Quãobrẽ Chreme? Chr.
Quia peſſume iſtuc in te atq; in illum conſulis,
Si te tam leni & uicto eſſe animo oſtenderis. ME.
Non poſſum, ſatis iam, ſatis pater durus fui. Chre. Ah,
Vehemens in utranq; partem Menedemees nimis,

Aut largitate nimia, aut parsimonia,
In eandem fraudem ex hac re, atq; ex illa incides.
Primum olim potius, q̃ paterere filium
Commeare ad mulierculam, quæ paululo
Tum erat contenta, cuiq; erant grata omnia,
Perterruisti hinc ea coacta ingratis
Post illa cœpit uictum uolgo quærere.
Nunc cum sine magno detrimento non potest
Haberi, quid uis dare cupis. nam ut tu scias,
Quam ea nunc instructa pulchre ad perniciem siet,
Primũ iam ancillas secum adduxit plus decem,
Oneratas ueste, atq; auro, satrapes si siet,
Amator nunq̃ sufferre eius sumptus queat,
Nedum tu possis. ME. Est ne ea intus? CH. sit rogas?
Sensi, nam ei unam cœnam, atq; eius comitibus
Dedi, quod si iterum mihi sit danda, actum siet.
Nam ut alia omittam, pitissando modo mihi
Quid uini absumpsit? sic dicens, asperum
Pater hoc est, aliud lenius. Sodes uide,
Releui dolia omnia, omnes ferias, seruos
Omnes sollicitos habui, atq; hæc una nox,
Quid te futurum censes, quem assidue exedent?
Ita me di amabunt, ut me tuarum misertum st
Menedeme fortunarum. ME. faciat quod libet,
Sumat, consumat, perdat, decretum st pati.
Dum illum modo habeam mecum. CH. si certum est tibi
Sic facere, id permagni referre arbitror,

Vt nescientem sentiat te id sibi dare. ME.
Quid faciam? CH. qd uis, potius q̃ quod cogitas,
Per alium quemuis ut des, falli te sinas
Technis per seruulum. & si subsensi id quoq;
Illos ibi esse, & id agere inter se clanculum.
Syrus cum illo nostro consusurrat. conferunt
Consilia adulescentes & tibi perdere
Talentum hoc pacto satius est, q̃ illo minam.
Non nunc de pecunia agitur, sed illud quo modo
Minimo periculo id demus adulescentulo.
Nam si semel tuum animum ille intellexerit,
Prius perditurum te tuam uitam, & prius
Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium, hui,
Quantam fenestram ad nequitiam patefœceris?
Tibi autem porro ut non sit suaue uiuere.
(Nam deteriores omnes sumus licentia)
Quodcunq; inciderit in mentem uolet, neq; id
Putabit prauum an rectum siet quod petet.
Tu rem perire & ipsum non poteris pati.
Dare si denegaris, ibit ad illum ilico,
Quo maxime apud te se ualere sentiet,
Abiturum se abs te esse ilico minabitur. ME.
Videre uerum, atq; ita ut res est dicere. CH.
Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis,
Dum id quæro, tibi qui filium restituerem. ME.
Cedo dexteram, porro te idem oro ut facias Chreme. CH.
Paratus sum. ME. scin quid nunc te facere uolo? CH.

Dic. ME. Quod senſisti illos me incipere fallere,
Id ut maturent facere, cupio illi dare
Quod uolt, cupio ipſum iam uidere. Ch. Operam dabo.
Syrus eſt præhendendus, atq; adhortandus mihi.
A me neſcio quis exit. concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere ſentiant,
Paululum negoti mihi obſtat. Syrus & Crito
Vicini noſtri, hic ambigunt de finibus,
Me cœpere arbitrum, ibo ac dicam, ut dixeram,
Operam daturum me hodie non poſſe his dare,
Continuo hic adero. ME. Ita quæſo. Di uoſtram fidem,
Itan comparatam eſſe hominum naturam omnium,
Aliena melius ut uideant & iudicent
Quam ſua? an eo fit, quia in re noſtra, aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?
Hic mihi quanto nunc plus ſapit, q̃ egomet mihi? CH.
Diſſolui me ocyus, operam ut tibi darem.

SYRVS CHREMES.

Senarii.

Ac illac circumcurſa, inueniendum eſt tamen
Argentum, Intendenda in ſenem fallacia.
CH. Num me fefellit hoſce id ſtruere? uidelicet,
Ille Cliniæ ſeruus tardiuſculus eſt,
Iccirco huic noſtro tradita eſt prouintia. SY.
Quis hic loq̃? perii, nũ nã hæc audiuit? Ch. Syre. Sy. hem? Ch.
Quid tu iſtic? SY. Recte quidem te demiror Chreme.
Tam mane, qui heri tantũ biberis. CH. Nihil nimis. SY.

Nihil narras, uiſa uero eſt (quod dici ſolet)
Aquilæ ſenectus. CH. Eia. Sy. Mulier commoda
Et facета hæc eſt meretrix. CH. Sane idem uiſa eſt mihi. Sy.
Equidem hercle forma luculenta. CH. Sic ſatis. Sy.
Ita non ut olim, ſed uti nunc ſane bona.
Minimeq; miror Clinia hanc ſi deperit.
Sed habet patrem quendã auidum, miſerum, atq; aridum,
Vicinum hunc noſtin? atqui non diuitiis
Abundet, gnatus eius profugit inopia.
Scin eſſe factum ut dico? CH. Quid? ego neſciam?
Hominem piſtrino dignũ. Sy. Quẽ? CH. Iſtum ſeruulum
Dico aduleſcentis. Sy. Syre tibi timui male. CH.
Qui paſſus eſt id fieri? Sy. Quid faceret? CH. Rogas?
Aliquid repperiret, fingeret fallacias
Vnde eſſet aduleſcenti amicæ quod daret.
Atq; hunc difficilem inuitum ſeruaret ſenem. Sy.
Garris. CH. Hæc facta ab illo oportebãt Syre. Sy.
Eho quæſo laudas, qui heros fallunt? CH. in loco,
Ego uero laudo. Sy. Recte ſane. CH. Quippe,
Magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt.
Iam huic manſiſſet unicus gnatus domi. Sy.
Iocon an ſerio illæc dicat, neſcio.
Niſi mihi quidẽ addit animũ quo libeat magis. CH.
At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuo
Abeat, cum tolerare huius ſumptus non queat?
Nonne ad ſenem aliquã fabricã fingit? Sy. Stolidus eſt. CH.
At te adiutare oportet aduleſcentuli

Cauſſa.SY.facile equidem facere poſſum ſi iubes.
Etenim quo pacto id fieri ſoleat calleo.CH.
Tanto hercle melior.SY. non eſt mentiri meum.CH.
Fac ergo.SY.at heus tu facito,dum eadem hæc memineris,
Si quid huius ſimile forte aliquando euenerit,
(Vt ſunt humana) tuus ut faciat filius.CH.
Non uſu ueniet ſpero.SY.ſpero hercle ego quoq.
Neq eo nunc dico q quicq illum ſenſerim,
Sed ſi quid,ne quid,quæ ſit eius ætas uides.
Et ne ego te (ſi uſus ueniat) magnifice Chreme
Tractare poſſim.CH. de iſtoc (cum uſu uenerit)
Videbimus quid opus ſit,nunc iſtuc age.SY.
Nunq commodius,q nunc herum audiui loqui,
Nec cum malefacerem,crederem mihi impunius
Licere,quis nam a nobis egreditur foras?

CHREMES. CLITIPHO. SYRVS.

Trochaici Octonarii & Senarii mixti,& Dimeter unus.

Vid iſtuc qſo?qs iſtic mos é clitipho?ita ne fieri oportz?
CL.qd ego fœci? CH.uidin ego te mõ manũ in ſinum
huic meretrici.
Inſefere? SY.acta hæc res eſt,perii.CL.me ne?
CH.hiſce oculis,ne nega,facis adeo indigne iniuriã illi,q non abſti,
Nam iſtæc qdẽ cõtumelia é,hoiem amicũ recipere (neas manũ.
Ad te,atq eius amicam ſubagitare,uel heri in conuiuio
Quam immodeſtus fuiſti? SY.factum.CH.
Quam moleſtus,ut equidem : ita me dii ament:
Metui. quid futurum deniq eſſet.NOVI ego amantium

Animo aduortunt grauiter quæ non cenſeas.CLI. At mihi fides
Apud hunc eſt,nihil me iſtius facturum pater.CH.
Eſto,at certe concedas aliquo ab eorum ore aliquantiſper,
Multa fert libido,ea prohibet facere tua præſentia,ego de me
Faciam cõiecturã. nemo eſt meorũ amicorũ hodie,apud
Quem expromere omnia mea occulta Clitipho audeam.
Apud alium prohibet dignitas,apud alium ipſius facti piget,
Ne ineptus,ne proteruus uidear,quod illum facere credito.
Sed noſtrũ é intelligere utcũq,atq ubicũq opus ſit obſeq.Sy.
Quid iſtic narrat? CH. perii.Sy.Clitipho,hæc ego precipio tibi,
Hominis frugi & temperantis functus offitiũ.Clit.tace ſodes.Sy.
Recte ſane.CH.Syre pudet me.Sy.credo,neq id iniuria, (uidet,
Quin mihi moleſtũſt.Clit.pergin hercle.Sy.uerum dico. Clit. qd
Nonne accedam illos? CH.eho qſo ad eos una accedundi uia eſt.
Sy.Actũſt,hic prius ſe indicarit,q ego argentũ effero Chreme,
Vin tu homini ſtulto mihi auſcultare? CH.qd faciã? Sy. iube hũc
Abire hĩc aliquo.Clit.quo ego hĩc abeã? Sy.quo lubet, da illis locũ
Abi deambulatũ.Clit.deambulatũ? quo? Sy.uah q̃ſi deſit locus.
Abi ſane iſtac,iſtorſum,quo uis.CH.recte dicit,cenſeo.Clit.
Dii te eradicent Syre,qui me iſtinc extrudis.Sy.at tu pol
Tibi iſtas poſthac comprimito manus.
Cenſen uero? quid illũ porro credis facturũ Chreme?
Niſi eum (quantũ Dii dant tibi opis) ſeruas,caſtigas,mones.CH.
Ego iſtuc curabo.Sy.atqui nũc here hic tibi adſeruãd9 eſt.CH.
Fiet.Sy. ſi ſapis, nam mihi iam minus minuſq obtẽperat.CH.
Quid tu? ecqd de illo,quod dudũ recum egi,egiſti Syre? aut
Repperiſti tibi quod placeat,an nondũ etiam? Sy.de fallacia

Dicis? hem inueni nuper quãdã. CH. frugi es, cedo qd id est? Sy.
Dicam, uerũ ut aliud ex alio incidit. Ch. qd nã Syre? Sy. Peſſ ma
Hæc eſt meretrix. Ch. Ita uidetur. Sy. Immo ſi ſcias,
Vah uideo qd incœptet facinus. Fuit quædã anus Corynthia
Hic, huic drachmarũ hæc argẽti mille dederat mutuũ. Ch.
Quid tũ? Sy. ea mortua eſt, reliqt filiam aduleſcentulã,
Ea relicta huic arraboni eſt, pillo argento. Ch. Intellego. Sy.
Hanc ſecum huc adduxit, eaq; eſt nunc ad uxorem tuam. Ch.
Quid tum? Sy. Clinia orat ſibi uti nũc det illam, illi tamen
Poſt daturũ mille numũ poſcit. Ch. & poſcit quidẽ? Sy. Hui
Dubiũ ne id eſt? Ch. ego ſic putaui, quid nũc facere cogitas? Sy.
Ego ne? ad Menedemũ ibo, dicã hanc eſſe captam e Caria,
Ditem & nobilem, ſi redimat magnũ eſſe in ea lucrũ. Ch.
Eras. Sy. qd ita? Ch. Pro Menedemo nunc tibi ego reſpondeo:
Non emo, qd ais? SY. optata loqre. Ch. Atq non opus eſt. Sy.
Nõ op⁹ é? Ch. Nõ hercle uero. Sy. qd iſtuc, miror. Ch. iam
Scies. Mane mane, qd eſt q̃ tam a nobis grauiter crepuere fores?

SOSTRATA. CHREMES. NVTRIX. SYRVS.

ACTVS QVARTVS.

Tetrametri, Septenarii, & Senarij mixti.

Iſi me animꝰ fallit hic pfecto ẽ anul⁹ quẽ ego ſuſpicor
Is q cũ expoſita ẽ gnata. Ch. qd uolt ſibi Syre hæc oño
So. qd éris ne tibi uidẽ? Nu. dixi, eqdẽ, ubi mihi oſtẽdiſti ilico
Eũ ee. So. at uide ut ſatis pcepta mõ ſis mea nutrix. Nu. Satis.
SO. Abi iã nũc intro, atq; illa ſi iam lauerit mihi nuncia.
Hic ego uirũ interea opperibor. Sy. te uolt, uideas quid uelit.
Neſcio qd triſtis eſt, nõ temereſt, metuo qd ſiet. Ch. qd ſiet?

Ne iſta hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit? SO.
Ehem mi uir. Ch. ehem mea uxor. SO. teipm õro. Ch. loqre qd ue-
Primũ hoc te oro, ne qd credas me aduerſus edictũ tuũ (lis. SO.
Facere eẽ auſam. Ch. uin me iſtuc tibi (etſi incredibile ẽ) credere?
Credo. Sy. Neſcio quid peccati portet hæc purgatio. SO.
Meminiſtin me eſſe grauidã, & mihi te magnopere interminatũ
Si puellam parerem, nolle tolli? Ch. Scio quid fœceris,
Suſtuliſti. Sy. Sic eſt factũ domina? ergo herus dño auctꝰ eſt.
SO. Minime. ſed hic erat anus Corinthia haud impura, ei dedi
Exponendã. Ch. O Iuppiter, tantã ineſſe animo inſcitiam. SO.
Perii, qd ego fœci? Ch. rogitas? SO. ſi peccaui mi Chreme,
Inſciens fœci. Ch. id equidẽ ego, etiã ſi tu neges, certo ſcio,
Te inſcientẽ, atq; imprudentem dicere ac facere omnia,
Tot peccata in hac re oſtendis. nam iam primũ ſi meum
Imperium exequi uoluiſſes, interemptam oportuit,
Non ſimulare mortem uerbis, re ipſa ſpem uitæ dare.
Atid omitto, miſericordia animus maternus, ſino.
Quã bene uero abs te proſpectũ eſt, qd uoluiſti, cogita.
Nempe anui illi prodita abs te filia eſt planiſſime,
Per te ueluti quæſtũ faceret, ueluti ueniret palam.
Credo id cogitaſti, quid uis? ſatis eſt dum uiuat modo.
Quid cũ illis agas? qui neq; ius, neq; bonũ, atq; æquũ ſciũt.
Melius, peius, proſit, obſit, nihil uident, niſi quod lubet. SO.
Mi Chreme peccaui fateor, uincor, nunc te obſecro,
Quãto tuus eſt animus natu grauior, tanto ignoſcentior,
Vt meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidii. Ch.
Scilicet equidẽ iſtuc factũ ignoſcam, uerum Soſtrata

Male docet te mea facilitas multa. sed istuc quid est?
Qua hoc occeptũst caussa? loqre, SO. ut stultæ & miseræ oẽs sumꝰ
Religiosæ, cum exponendam do illi de digito anulum
Detraho, & eum dico, ut una cum puella exponeret
Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis. GH.
Istuc recte conseruasti te atq; illam. SO. hic is est anulus. CH.
Vñ hũc habes? SO. quã Bacchis secũ adduxit adulescẽtulã. Sy. hẽ.
CH. Quid ea narrat? SO. ea lauatũ dũm it, seruandũ mihi dedit
Anulum, non aduorti primo, sed postq; aspexi, ilico
Cognoui, ad te exiluj. CH. quid nũc suspicare, aut inuenis
De illa? SO. nescio, nisi ut ex ipsa quæras unde hũc habuerit.
Si potest reperiri. Sy. interii, plus spei uideo q̃ uolo.
Nostra est, si ita est. CH. uiuitne illa cui tu dederas? SO. nescio.
CH. Quid renunciauit olim fœcisse? SO. id q̃ iusseram. CH.
Nomen mulieris cedo quod sit, ut quæratur. SO. Philteræ. Sy.
Ipsa est, mirum ni illa salua est, & ego perii. CH. Sostrata
Sequere me intro hãc. SO. ut præter spem euenit, q̃ timui male,
Ne nũc animo ita esses duro, ut olim in tollenda Chreme. CH.
Non licet hominem esse sæpe ita ut uolt, si res non sinit.
Nunc ita tempus est mihi, ut cupiam filiam, olim nihil minus.

SYRVS.

¶ Octonarii Iambici.

Is me animꝰ fallit, haud multũ a me aberit ifortuniũ.
n Ita hac re in angustũ oppido nũc meæ coguntꝰ copiæ
Nisi aliqd uideo, ne eẽ amicã hãc gnati rescisçat senex,
Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me fallere,
Nihil est. triumpho, si licet me latere tecto, & abscedere.

Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subito e faucibus.
Quid agã? aut qd cõminiscar? ratio deintegro ineundast mihi.
Nihil tam difficile est, quin quærendo inuestigari possit.
Quid si hoc sic incipiam nunc? nihil est. qd si sic? tantũdẽ egero.
Ac sic opinor, nõ potest. immo optime, euge optumã habeo,
Retraham hercle (opinor) ad me illud idẽ fugitiuũ argentũ tũ.

CLINIA. SYRVS.

¶ Tetrametri Trochaici, & Iambici, & ex his Cathalectici, quidam trimetri, seu Septenarii.

n Vlla mihi res posthac potest iam interuenire tanta,
Quæ mihi egritudinẽ afferat, tãta hæc lætitia oborta ẽ
Dedo patri me nũc, iam ut frugalior sim q̃ uolt. Sy.
Nihil me fefellit. cognita est quantum audio huius uerba.
Iustuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor. Clin.
O mi Syre audistin obsecro? Sy. qd ni? q usq; una affuerim?
Clini. Cui æque audisti cõmodius qcq̃ euenisse? Sy. Nulli. Clini.
Atq; ita me Dii ament, ut ego nunc non tam meapte caussa
Lætor q̃ illius, quã ego scio esse honore quouis dignam. Sy.
Ita credo, sed nunc Clinia age, da te mihi uicissim.
Nam amici quoq; res est uidẽda, in tuto ut colloceꝰ.
Ne qd de amica nũc senex. Clin. o Iuppiter. Sy. gesce. Clin.
Antiphila mea nubet mihi. Sy. Siccine mihi interloquere? Clin.
Quid faciã Syre mi? gaudeo, fer me. Sy. fero hercle uero. Clin.
Deorũ uitã adepti sum? Sy. frustra operã hãc opinor sumo. Clini.
Loqre, audiõ. Sy. at iã hoc nõ ages. Cli. agã. Sy. uidendũ est inq̃
Amici quoq; res Clinia tui in tuto ut collocetur.
Nam si nunc a nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,

Noster resciscet ilico esse amicam hanc Clitiphonis.
Si abduxeris celabitur itidem, ut celata adhuc est. Cli.
At eñ istoc nihil est magis Syre meis nuptiis aduorsum.
Nam quo ore appellabo patrẽ mihi dare uxorẽ, cũ uiderit me hĩe
Amicam, tenes quid dicam? Sy. quid ni? Clini.
Quid dicã? quã cauffam afferã? Sy. qn nolo mentiare,
Aperte (ita ut res sese habet) narrato. Clin. qd ais. Sy. Iubeo
Illam te amare, & uelle uxorem hanc esse Clitiphonis. Clin.
Bonam atq; iustam rem oppido imperas, & factu facilem.
Et scilicet iam me hoc uoles patrem exorare ut celet
Senem nost. ũ. Sy. imo ut recta uia rem narret ordine omnẽ.
Cli. hem satin sanus es & sobrius? tu qdẽ illũ plane prodis.
Nam qui ille poterit esse in tuto, dic mihi? Sy.
Huic eqdem cõsilio palmã do, hic me magnifice effero,
Qui uim tantã in me, & potestatẽ habeã tantæ astutiæ
Vera dicendo, ut eos ambos fallam, ut cum narret senex
Vester nostro istam esse amicã Gnati, nõ credat tamen. Cli.
At eñ spem istoc pacto rursum nuptiarũ omnẽ mihi eripis.
Nam dum amicã hanc meam esse credet, nõ cõmittet filiam.
Tu fortasse quid de me fiat paruipẽdis, dum illi cõsulas. Sy.
Quid, malũ, me tandẽ censes uelle id adsimulariet?
Vnus est dies, dũ argentũ eripio, pax, nihil amplius. Clin.
Tantũ sat habes? qd tum quæso si hoc pater resciuerit? Sy.
Quid si redeo ad illos qui aiũt, qd si nũc cœlũ ruat. Clin.
Metuo qd agam. Sy. Metuis? quasi non ea potestas sit tua,
Quo uelis in tẽpore ut te exoluas, rem facias palam. Clin.
Age, age, traducat Bacchis. Sy. Optume, ipsa exit foras.

BACHIS. CLINIA. SYRVS. DROMO. PHRIGIA.

Tetrametri Trochaici, partim Catalectici, nõnulli Iambici.

Atis proterue me Syri ꝓmissa huc induxerũt,
Decem minas, ꝙs mihi dare pollicit9 é, qd si is nũc me
Deceperit, sæpe obsecrãs me ut ueniã, frustra ut ueniet.
Aut cum uenturã dixero & constituero, cum is certe
Renunciarit, Clitipho cum spe pendebit animi,
Decipiã, acnõ ueniã, Syrus mihi tergo pœnas pẽdet. Clin.
Satis scite ꝓmittit tibi. Sy. Atq tu hanc iocari credis?
Faciet, nisi cauео. Ba. dormiũt, ego pol istos cõmouebo.
Mea Phrygia audistin modo, hõ iste quã uil'a demõstrauit
Charini? Ph. audiui, Ba. ꝓximã esse huic fundo ad dextrã? Ph.
Memini. BA. Curriculo percurre, apud eũ miles Dyonisia ãgitat.
Sy. Quid inceptat? BA. dic me hic oppido ee inuitã, atq; seruari.
Verũ aliquo pacto uerba his me daturã esse, & uẽturã. Sy.
Perii hercle. Bacchis, mane, mane, quo mittis istãc? ṡsor. Iube maeat.
BA. abi. Sy. qn é paratũ argentũ. BA. qn ego hic maneo.
Sy. Atq iã dabit. BA. ut lubet, nũ ego istoc? Sy. at scin qd sodes
BA. qd? Sy. trãseundũ est nũc tibi ad Menedemũ, & tua pompa
Eo traducẽda est. BA. quã rẽ agis? scel9. Sy. egon? argentũ cudo?
Quod tibi dem. BA. dignã me putas quã illudas? Sy. nõ est temere
BA. Etiã ne tecũ hic tes mihi é? Sy. Minime, tuũ tibi reddo.
BA. Eatur. Sy. Sequere hac: heus Dromo. DR. Quis me uolt?
SY. Syrus. DR. Quid est rei? Sy.
Ancillas omneis Bacchidis traduce huc ad uos ꝓpere. DR.
Quamobrẽ? Sy. ne quæras, & ferant quæ secũ huc attulerũt,
Sperabit sumptum sibi senex leuatum esse harum abitu.

Næ ille haud scit hoc paulum lucri, quantum ei
Dãni apportet. tu nescis qd scis Dromo, si sapies. DR. mutũ dices.

CHREMES. SYRVS.

C Iambici senarii.

ITa me dũ ament, ut nunc Menedemi uicem
Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali.
Illanccine mulierem alere cum illa familia?
Et si scio hosce aliquot dies non sentiet,
Ita magno desyderio fuit ei filius.
Verum ubi uidebit tantos sibi sumptus domi
Quottidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rursum ut abeat abse filius.
Sed Syrũ optie eccũ. Sy. cesso hũc adoriri? Ch. Syre? Sy. hem?
CH. Quid est? Sy. te mihi ipsum iamdudũ exoptabam dari. CH.
Videre egisse iam nescio quid cum sene. Sy.
De illo quod dudũ? dictum ac factum reddidi. CH.
Bonan fide? Sy. bona hercle. CH. non possum pati
Quin tibi caput demulceam, accede huc Syre.
Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens. Sy.
At si scias ꝙ scite mihi in mentem uenerit. CH.
Vah, gloriare euenisse ex sententia? Sy.
Non hercle, uero uerum dico. CH. dic quid est? Sy.
Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxisse, ne tu id persentisceres. CH.
Probe. Sy. dic sodes. CH. nimium inq. Sy. immo sic satis.
Sed porro ausculta quod supereſt fallaciæ.

Sese ipse dicet tuam uidisse filiam,
Eius sibi complacitam formam postq aspexerit,
Hanc se cupere uxorem. CH. modon quæ inuenta est? SY.
Eam, & quidé iubebit posci. CH. quam ob rem istuc Syre?
Nam prorsus nihil intellego. SY. uah, tardus es. CH.
Fortasse. SY. argentum dabitur ei ad nuptias,
Aurum, atq uestem qui cõparet, tenes ne? CH. comparet? SY.
Idipsum. CH. at illi ego neq do, nec spondeo. SY.
Nõ, quãobré? CH. quãobré me rogas? hoi fugitiuo? SY. ut lubet.
Non ego perpetuo dicebam, ut illam illi dares,
Verum ut simulares. CH. non meast simulario.
Ita tu istæc tuo misceto, ne me admisceas.
Egon cui daturus non sim ut ei despondeam? SY.
Credebam. CH. minime. SY. scite poterat fieri.
Et ego hoc (quia dudum tu tantopere iusseras)
Eo cœpi. CH. credo. SY. cæterum equidem istuc Chreme
Aequi bonique facio. CH. at qui tum maxime
Volo te dare operam ut fiat, uerum alia uia. SY.
Fiat, quæratur aliud, sed illud quod tibi
Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,
Id nunc reddendum est illi, neq; tu scilicet
Eo nunc confugies. Ch. qd mea? num mihi datum st?
Núm iussi? num illa oppignorare filiam
Meam me inuito potuit? Sy. Verum illud Chreme,
Dicunt, ius summum, sæpe summa malicia est. CH.
Haud faciam. Sy. immo aliis si licet, tibi non licet.
Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant. CH.

Quin egomet iam ad eam deferam. Sy. immo, filium
Iube potius. Ch. quamobrem? Sy. quia eũ in eum ſuſpicioſt
Translata amoris. Ch. quid tum? Sy. quia uidebitur
Magis ueriſimile id eſſe, cum hic illi dabit,
Et ſimul facilius conficiam ego quod uolo.
Ipſe adeo adeſt, abi, effer argentum. CH. effero.

CLITIPHO. SYRVS.

℄ Trimetri Iambici.

Vlla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet,
n Quam inuitus facias. uel me hæc deambulatio,
Quæ non laboriosa, ad languorem dedit.
Nec quicq̃ magis nunc metuo, q̃ ne denuo
Miſer aliquo extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem,
Vt te omnes quidem di, deæq;. quantum eſt Syre
Cum iſtoc inuento, cumq; incepto perdiunt.
Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere,
Vbi me excarnufices. Sy. I tu hinc quo dignus es,
Quam pene tua me perdidit proteruitas, Clit.
Vellem hercle factũ, ita meritus. Sy. meritus? quo modo?
Næ me iſtuc ex te prius audiſſe gaudeo,
Quam argentũ haberes, quod daturus iam fui. Clit.
Quid igitur tibi uis dicam? abiiſti mihi
Amicam adduxti, quam non liceat tangere. Sy.
Iam non ſum iratus, ſed ſcin ubi nunc ſit tibi
Tua Bacchis? Clit. Apud nos. Sy. non. Clit. Vbi igitur? Sy. Apud Cliniam.
Clit. Perii. Sy. Bono animo es, iam argentũ ad eam deferes,

Quod ei pollicitus. Clit. garris, unde id? Sy. A tuo patre.
Clit. Ludis fortaſſe me. Sy. Ipſa re experibere.
Clit. Næ ego fortunatus homo ſum, deamo te Syre.
Sy. Qua cauſſa id fiat obſecundato in loco.
Sed pater egreditur, caue quicq̃ admiratus ſies,
Quod imperabit facito, loquitor paucula.

CHREMES. SYRVS. CLITIPHO.

℄ Trimetri omnes.

Bi Clitipho nunc eſt? Clit. Eccum me inque.
u Ch. Eccũ hic tibi. Cli. Quid rei eſſet, dixtin huic?
Sy. Dixi plæraq; oĩa. Ch. Cape hoc argentũ ac defer,
Sy. Hei, quid ſtas lapis? quin accipis? Clit. Cedo ſane,
Sy. Sequere hac me ocyus, tu hic nos dũ eximꝰ, interea opperibere.
Nam nihil eſt illic quod moremur diutius. Ch.
Minas quidem iam decem habet a me filia,
Quas pro alimentis eſſe nunc duco datas,
Haſce ornamentis conſequentur alteræ.
Porro hæc talenta dotis apposcent duo.
Quam multa iniuſta ac praua fiunt moribus?
Mihi nunc relictis omnibus, inuenjendus eſt
Aliquis, labore inuenta mea cui dem bona.

MENEDEMVS. CHREMES.

℄ Trimetri omnes.

Vlto omnium nunc me fortunatiſſimum
m Factum puto eſſe gnate, cum te intellego
Reſipuiſſe. Ch. ut errat. ME. te ipſum ꝯrebã Chreme,
Serua, quod in te eſt, filium, & me, & familiam. Ch.

Cedo,quid uis faciam? ME. Inueniſti hodie filiam? CH.
Quid tum? ME. Hanc ſibi dari uolt uxorem Clinia. CH.
Quæſo quid hois es? ME. qd eſt? CH. iam ne oblitus es
Inter nos quid ſit dictum de fallacia,
Vt ea uia abs te argentum auferret? ME. Scio. CH.
Eatres nunc agitur ipſa. ME. qd dixti Chreme? CH.
Erraui, ſic res acta eſt. ME. quanta ſpe decidi? CH.
Et quidem hæc, quæ apud te eſt, Clitiphonis eſt
Amica. ME. Ita aiunt. CH. & tu credis? ME. Omnia. CH.
Et illum aiunt uelle uxorem, ut cum deſponderim,
Des qui aurũ, ac ueſtem, atq; alia, quæ opus ſunt, cõparet. ME.
Id eſt profecto, id amicæ dabitur. CH. Scilicet
Daturum. ME. uah, fruſtra igitur gauiſus miſer.
Quid uis tamen iam malo, q̃ hunc amittere.
Quid nunc renunciem abs te reſponſum Chreme,
Ne ſentiat me ſenſiſſe, atq; ægre ferat? CH.
Aegre? nimium illi Menedeme indulges. ME. ſine,
Incœptum eſt, perfice hoc mihi perpetuo Chreme. CH.
Dic conueniſſe, egiſſe te de nuptiis. ME.
Dicam, quid deinde? CH. me facturum eſſe omnia,
Generum placere, poſtremo etiam ſi uoles,
Deſponſatam quoq; eſſe dicito. ME. hem iſtuc uolueram. CH.
Tanto otyus te ut poſcat, & tu id quod cupis,
Quam ocyſſime ut des. ME. cupio. CH. ne tu propediem
Scio (utiſtam rem uideo) iſtius ſaturabere,
Sed hæc ita ut ſunt, cautim & paulatim dabis,
Si ſapies. ME. faciam. CH. abi intro, uide quid poſtulent.

Ego domi ero ſi quid me uoles. ME. ſane uolo.
Nam te ſciente faciam quicquid egero.

ACTVS QVINTVS.

MENEDEMVS. CHREMES.

Septenarii, partim Senatii Iambici.

EGo me nõ tã aſtutũ, neq; ita perſpicaçẽ eſſ id certo ſcio
Sed h̃ adiutor meꝰ, & mõitor, & pmõſtrator Chremes
Hoc mihi præſtat, in me quid uis harum rerũ cõuenit.
Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes aſinus, plumbeus,
In illũ nil põt. nam exuperat eius ſtultitia hæc omnia. CH.
Ohe, iam deſine deos uxor gratulando obtundere,
Tuam eſſe inuentã gnatam, niſi illos ex tuo ingenio iudicas,
Vt nihil credas intelligere, niſi idem dictum eſt centies.
Sed qd interim illic iam dudũ gnatus ceſſat cum Syro? ME.
Quos ais hoies Chremes ceſſare? CH. ehem Menedeme aduenis,
Dic mihi, Cliniæ quæ dixi, nunciaſtin? ME. omnia. CH.
Quid ait? ME. gaudere adeo accœpit, quaſi qui cupiũt nuptias.
Ch. Ha, ha, he. ME. qd riſiſti? Ch. ſerui uenere in mentem Syri
Calliditates. ME. ita ne? Ch. uoltus quoq; hoĩm fingit ſcelus. ME.
Gnatꝰ qd ſe aſſimulat, lætũ id dicis? Ch. id. ME. itidẽ iſtuc mihi
Venit in mentẽ. Ch. ueterator. ME. magis ſi magis noris, putes
Ita rem eſſe. Ch. ain tu? ME. quin tu auſculta.
Ch. mane, hoc prius ſcire expeto,
Quid perdideris. nam ubi deſponſatam nunciaſti filio,
Continuo inieciſſe uerba tibi Dromonem, ſcilicet
Sponſæ ueſtem, aurũ, ancillas, opus eſſe argentũ ut dares. ME.
Non. Ch. quid non? ME. non inquam.

CH. neq; ipse gnatus? ME. nihil prorsus Chreme,
Magis unum etiã instare, ut hodie cõficerent nuptiæ. CH.
Mira narras, qd Syrus meus? ne is quidé qcq̃? ME. nihil.
Ch. Quã ob ré? ME. nescio eqdé. sed te miror, q alia tã plane scias,
Sed ille tuus quoq; Syrus idem mire finxit filium,
Vt ne paululũ quidé suboleat amicã esse hãc Clíniæ. Ch.
Quid ais? ME. mitto iam osculari atq; amplexari, id nihil puto.
Ch. Quid est, qd amplius simulet? ME. uah. Ch. quid est?
ME. audi modo. Est mihi in ultimis oclaue ædib9 quoddã retro,
Huc est intro latus lectus, uestimentis stratus est. Ch.
Quid postq̃ hoc est factũ? ME. dictũ ac factũ, huc abiit Clitipho.
Ch. Solus? ME. solus. Ch. timeo. ME. Bacchis cõsecuta est
Ilico. Ch. Sola? ME. sola. Ch. perij. ME. ubi abiere intro,
Operuere hostiũ. Ch. hem, Clinia hæc fieri uidebat? ME. quid
Ni? mecũ una simul. Ch. Filij amica é Bacchis Menedeme, occidi.
ME. Quãobrem? Ch. Decé dierũ uix mihi est familia. ME.
Quid istuc times, qd ille operã amico dat suo? Ch.
Immo amicæ. ME. Si dat. Ch. An dubium id tibi est?
Quenquã ne animo tam cõmuni esse, aut leni putas,
Qui se uidente amicam patiatur suam? ME. ah, ah, he.
Quid ni? quo uerba facilius dentur mihi. Ch.
Derides? merito mihi nunc ego succenseo.
Quot res dedere, ubi possem persentiscere
(Ni essem lapis) quæ uidi? ue misero mihi, an ne illud haud
Inultũ (si uiuo) ferent, nãiã. ME. nõ tu te cohibes? nõ te respicis?
Non tibi ego exempli satis sum? Ch. Præiracundia
Menedeme non sum apud me. ME. Te ne istuc loqui?

Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier? Ch.
Quid faciam? ME. id quod me fœcisse aiebas parum.
Fac te esse patrem sentiat, fac ut audeat
Tibi credere omnia, abs te petere & poscere,
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat. Ch.
Immo abeat potius multo quouis gentium,
Quam hic per flagitiũ, ad inopiam redigat patrem.
Nam si illi pergam suppeditare sumptibus
Menedeme, mihi illæc uere ad rastros res redit. ME.
Quot incõmoda tibi in hac re capies nisi caues?
Difficilem ostendis te esse, & ignoscés tamen
Post, & id erit ingratũ. Ch. ah nescis q̃ doleã. ME. Vt lubet.
Quid hoc qd uolo, ut illa nubat nostro, nisi qd est
Quod mauis? Ch. Immo & gener, & affines placent.
ME. Quid dotis dicam te dixisse filio?
Quid obticuisti? Ch. Dotis? ME. Ita dico.
CH. Ah. ME. Chreme
Ne quid uereare, si est minus, nihil dos nos mouet. Ch.
Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis.
Sed ita dictu opus est, si me uis saluũ esse, & rem, & filium,
Me mea oñia bona doti dixisse illi. ME. Quam rem agis?
Ch. Id mirari te simulato, & illum rogitato simul,
Quã ob rem id faciã. ME. quin ego uero q̃ ob rem id facias nescio.
Ch. Ego ne? ut eius animũ, qui nunc luxuria & lasciuia
Diffluit, retundã, & redigã, ut quo se uortat nesciat. ME. qd agis?
Ch. mitte, ac sine me in hac re gerere mihi morem. ME. sino.

Ita ne uis? Ch. ita. ME. fiat. Ch. Age iã ut uxorẽ accersat, patet
Hic ita ut liberos est æquom, dictis confutabitur.
Sed Syrũ. ME. qd eũ? Ch. ego ne? si uiuo adeo exornatũ dabo,
Adeo depexum, utq; dum uiuat, meminerit semper mei,
Qui sibi me pro ridiculo ac delectamento putat.
Nõ (ita me dii amẽt) auderet hæc facere uiduæ mulieri, q̃ i me fœcit.

CLITIPHO. MENEDEMVS. CHREMES. SYRVS.

Iambici Tetrametri, Trimetri, pauci Trochaici admixti.

ITa ne tandem quæso est Menedeme, ut pater
Tam in breui spatio omnẽ deiecerit animũ patris?
Qd nam ob facinꝰ? qd ego tñ sceleris admisi miser?
Vulgo id faciũt. ME. scio tibi esse hoc grauius multo ac durius
Cui fit. uerũ ego haud minus ægre patior id, qui nescio,
Nec rationẽ capio, nisi qd tibi bene ex animo uolo. C. i.
Hic patrẽ astare aiebas. ME. eccũ. Ch. qd me incusas Clitipho?
Quicquid ego huius fœci, tibi prospexi, & stultitiæ tuæ.
Vbi te uidi animo esse omisso, & suauia in præsentia
Quæ essent prima habere, neq; cõsulere in longitudinẽ,
Cœpi rationẽ ut neq; tu egeres, neq; ut hæc posses perdere.
Vbi (cui decuit primo) tibi non licuit per te mihi dare,
Abii ad proximos, tibi qui erant eis commisi, & credidi,
Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho.
Victus, uestitus, quo in tectũ te receptes. Clit. Hei mihi. Chre.
Satius est, q̃ te ipso heredẽ hæc possidere Bacchidem. SY.
Disperii, scelestus, quantas turbas conciui insciens? Clit.
Emori cupio, Chre. prius quæso disce quid sit uiuere,
Vbi scies, si displicebit uita, tum istoc utitor. SY.

Here licet ne? Chr. loq̃re. Sy. at tuto. Chr. loq̃re. Sy. q̃ istaſt prauitas
Quæue amentia, quod peccaui ego id obesse huic? Chr. ilicet
Ne te admisce, nemo accusat Syre te. nec tu aram tibi
Neq; precatorem pararis. SY. qd ais? Chre. nihil succẽseo. nec tibi,
Nec huic, nec uos est æquom quod facio mihi. SY.
Abiit, ac rogasse uellem. Clit. qd? Sy. unde mihi peterem cibum.
Ita nos abalienauit, tibi iam esse ad sororem intellego. Clit.
Adeon rem rediisse, ut periculũ etiam famæ mihi sit Syre? Sy.
Modo liceat uiuere, est spes. Clit. quæ? Sy. nos esurituros satis.
Clit. Irrides in re tanta, neq; me qcq̃ cõsilio adiuuas? SY.
Immo, & ibi nũc sum, & usq; dudũ id egi, dum loquit̃ pater,
Et quantũ ego intellegere possum. Clit. qd? Sy. nõ aberit lõgius.
Cli. Quid id ergo? Sy. Sic est, nõ esse te horũ arbitror.
Cli. quid istuc Syre? Satin sanus es?
Sy. ego dicam quod est mihi in mente, tu dijudica.
Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio,
Quæ propior esset te, indulgebãt. tibi dabant: nunc filia
Postq̃ est inuẽta uera, inuenta est caussa, qua te expellerent. Cli.
Est uerisimile. Sy. an tu ob peccatũ hoc esse illũ iratũ putas?
Cli. Non arbitror. Sy. nũc aliud specta. Matres omnes filiis
In peccato adiutrices, & auxilio in paterna iniuria.
Solent esse, id nõ fit. Cli. uerũ dicis, qd ergo nũc faciã Syre?
Sy. suspitionem istam ex illis quære, rem profer palam.
Si non est uerũ, ad misericordiã ambos adduces cito,
Aut scibis cuius sis. Clit. recte suades, faciam. Sy.
Sat recte hoc mihi in mentem uenit.
Nanq; adulescens q̃ in minima spe situs erit, tam

Facillime boni patris pacem in leges conficiet suas.
Etiã haud scio an ne uxorẽ ducat, at Syro nil gratiæ.
Quid hoc aũt est? senex exit foras, ego fugio, ob hoc qđ factũst.
Miror non iussisse ilico arripi me. hinc nunc ad Menedemũ
Pergã, eum mihi p̃catorẽ paro, seni mro fidei nihil habeo.

SOSTRATA. CHREMES.

¶ Eiusdem rationis, præter Dimetrũ unum.

Profecto nisi caues tu homo, aliqd gnato ꝓficies mali.
Idq; adeo miror, quo mõ tã ineptũ qcq; potuerit tibi
Venire ĩ mẽtẽ mi uir. Ch. oh, pgin mlier, molesta eẽ? nllã ne ego
Rem unq; uolui, qn tu in ea re mihi aduersatrix fueris? Sostrata.
At si rogitẽ iam qd est qđ peccẽ, aut quã ob rẽ hoc faciã, nescias,
In qua re nũc tam cõfidẽter restas stulra? SO. ego nescio. Chr.
Immo scis potius q̃ qdẽ redeat ad integrũ hæc eadẽ oro. SO.
Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta postules. Chr.
Nõ postulo, iam loquere: nihilo minus ego hoc faciã tñ. SO.
Facies? Chr. uerũ. SO. nõ uides ẽtum mali ex ea re exciter?
Subditũ se suspicatur. Chr. subditũ ain tu? SO. certe inq; miuir
Ch. Cõfitere tuũ nõ esse. SO. ah, obsecro te, istũc nris inimicis siet,
Egon cõfitear meũ non esse filium, qui sit meus? Ch.
Quid metuis? nõne cũ uelis cõuincas illum esse tuũ? SO.
Quod filia est inuenta. Ch. Nõ, sed quod magis credũdũ siet,
Id quod est consimilis tuis moribus,
Cõuinces facile ex te natũ. nam tui similis est probe.
Nam illi nihil uitii est relictũ, quin id itidem sit tibi.
Tum præterea talem nisi tu nulla pareret filium.
Sed ipse egredit, q̃ seuerus, rem cum uideas, censeas.

CLITIPHO. SOSTRATA CHREMES.

¶ Eiusdem numeri.

Iunq; ullũ fuit tẽpus mater, cũ egõ uoluptati tibi
Fuerim, dictus filius tuus tua uoluntate, obsecro
Eius ut memineris, atq; inopis nunc te misereat mei
Quod peto & uolo, parentes meos ut cõmonstres mihi. SO.
Obsecro te mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum,
Alienũ esse te. Clit. Sum. So. Miserã me, hoccine quæsisti obsecro?
Ita mihi atq; huic sis superstes, ut ex me atq; hoc natus es.
Et caue posthac, si me amas, unq̃ istuc uerbũ ex te audiam. Ch.
At ego, si me metuis, mores caue in te esse istos sentiam. Clit.
Quos? Ch. Si scire uis ego dicam, gerro, iners, fraus, heluo,
Ganeo, damnosus, crede, & nim te esse credito. Clit.
Non sunt hæc iam parẽtis dicta. Ch. Nõ si ex capite sis meo
Natus, itidem ut aiunt Mineruã esse ex Ioue. ea caussa magis
Patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri. SO.
Dii istæc phibeãt, Ch. Deos nescio. ego qđ potero enitar sedũlo,
Quæris id qđ habes, parentes, quod abest, nõ quæris, patri
Quo modo obsequare, & ut serues quod labore inuenerit.
Non mihi per fallacias abducere ante oculos? pudet
Dicere hac pñte uerbũ turpe, at te illud nullo modo
Facere piguit. Cli. Eheu, q̃ ego nũc totus displiceo mihi,
Qua pudet, neq; quod principiũ incipiã ad placandũ scio.

MENEDEMVS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.

¶ Tetrametri, & Septenarii.

Niuero Chremes nimis grauiter cruciat adulescẽtulũ,
Nimisq; inhumane: exeo ergo ut pacẽ cõciliẽ, optũe

Ipsos uideo. Ch. Ehem Menedeme, cur non accersi iubes
Filiam, & quod dixi dotis firmas? SO. Mi uir te obsecro
Ne facias. Clit. pr̃ obsecro mihi ignoscas. ME. Da uenią Chreme.
Sine te exorẽ. Ch. Egon mea bona ut dem Bacchidi, dono? sciens
Non faciã. ME. At id nos nõ sinem⁹. Cli. Si me ujuũ uis pater
Ignosce. SO. age Chremes. ME. age q̃so, ne tã offirma te Chreme.
Ch. Quid istuc? uideo nõ licere (ut cœperã) hoc pertẽdere. ME.
Facis ut te decet. Ch. Ea lege hoc adeo faciam, si id faciat
Quod ego hũc æquom cẽseo. Cli. pater, omia faciã, impa. Ch.
Vxorẽ ut ducas. Clit. pr̃. Ch. nihil audio. ME. ad me recipio.
Faciet. Ch. nihil etiam audio ipm. Ch. perii. SO. An dubitas Clitipho? Ch. Immo utrum uult. ME. Faciet omnia.
SO. Hæc dum incipias grauia sunt,
Dum q̃ ignores, ubi cognoris, facilia. Ch. Faciam pater. SO.
Gnate mi, ego pol tibi dabo puellã lepidã, quã tu facile ames,
Filiam Phanocratæ nostri. Clit. Rufam ne illam uirginem?
Cetham? sparso ore? adunco naso? nõ possum pater. Ch.
Eia ut elegans est, credas animũ ibi esse. SO. Aliam dabo. Clit.
Quid istuc? q̃quidẽ ducẽda est, egomet habeo propemodũ
Quam uolo. SO. nũc laudo te gnate. Clit. Archonidis filiã. SO.
Perplacet. Cli. pr̃ hoc nũc restat. Ch. qd? Clit. Syro ignoscas uolo.
Quæ mea caussa fœcit. Ch. fiat. Vos ualete & PLAVDITE.

FINIS HEAVTONTIMORVMENOS.

ACTA LVDIS FVNERALIB. Q. FAB. MAX. P. CORNELIO APHRICANO. AEDILIB. CVRVLIB. EGERE. L. ATTILIVS PRAENESTINVS, MINVTIVS PROTIMVS. MODOS FOECIT FLACCVS CLAVDI. TIBIIS SARRANIS. FACTA GRAECA MENANDRI L. ANITIO. M. CORNELIO CONSS.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

Mitio senex.	Demea senex.
Sannio leno.	Aeschinus adulescens.
Syrus seruus.	Ctheſipho adulescens.
Sostrata matrona.	Cantara nutrix.
Geta seruus.	Hegio senex.
Dromo seruus.	

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

C Senarii omnes.

Vos cum haberet Demea adulescentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Aeschinum,
Sed Ctheſiphonem retinet, hunc Citharistriæ
Lepore captum, sub duro ac tristi patre
Frater celabat Aeschinus famam rei,
Amorem in se transferebat. denique
Fidicinam lenoni eripuit, uitiauerat
Idem Aeschinus ciuem Atticam pauperculam.
Fidemq; dederat, hanc sibi uxorem fore.
Demea iurgare, & grauiter ferre. mox tamen
Vt ueritas patefacta est, ducit Aeschinus
Vitiatam, potitur Ctheſipho Citharistriam.

ADELPHORVM

¶PROLOGVS.

¶Eiusdem numeri.

POstquam Poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari, & aduersarios
Rapere in peiorem partem, quam acturi sumus,
Indicio de se ipse erit, uos eritis iudices,
Laudin an uitio dŭci factum oporteat.
Synapothniscontes Diphili comœdia est,
Eam commorientes Plautus fœcit fabulam.
In græca adulescens est, qui lenoni eripuit
Meretricem: in prima fabula eum Plautus locum
Reliquit integrum, eum hic locum sumpsit sibi
In Adelphos, uerbum de uerbo expressum extulit.
Eam nos acturi sumus nouam. pernoscite,
Furtum ne factum existimetis, an locum
Reprehensum, qui præteritus negligentia st.
Nam quod isti dicunt maleuoli homines, nobiles
Eum adiutare, assiduēq; una scribere,
Quod illi maledictum uehemens existimant,
Eam laudem hic duxit maximam, cum illis placet,
Qui nobis uniuersis & populo placent.
Quorum opera in bello, in otio, in negotio
Suo quisq; tempore usus est sine superbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ,
Senes qui primi uenient, hi partem aperient,
In agendo partem ostendent. facite uestra æquanimitas
Poetæ ad scribundum augeat industriam.

ACTVS PRIMVS.

MITIO.

¶ Senarii omnes.

Torax, non rediit hac nocte a cœna Aeschinus?
Neq; seruulorū quisq̄, qui aduorsum ierant?
Profecto hoc uere dicunt, si abis uspiam, aut
Vbi si cesses, euenire ea tibi satius est,
Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, q̄ illa quæ parentes propitii.
Vxor si cesses, aut te amare cogitat,
Aut te amari, aut potare, aut animo obsequi, &
Tibi bene esse soli, cum sibi sit male.
Ego, quia non rediit filius, quæ cogito?
Quibus nunc solicitor rebus? ne aut ille asserit,
Aut uspiam ceciderit, aut perfregerit aliquid.
Vah, quenq̄ ne hominem in animo instituere,
Aut parare, quod sit charius, q̄ ipse est sibi?
Atqui ex me hic non natus est, sed ex fratre: is adeo
Dissimili studio est. Iam inde ab adulescentia
Ego hanc clementem uitam, urbanam atq; otium
Sequutus sum, & quod fortunatum isti putant,
Vxorem nunq̄ habui. ille contra hæc omnia,
Ruri agere uitam, semper parce ac duriter
Se habere, uxorem duxit, nati filii
Duo sunt, inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,
Eduxi a paruulo, habui, amaui pro meo.
In eo me oblecto, solum id est charum mihi.

Ille ut idem contra me habeat, facio, seduso.
Do, permitto, non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere. postremo alii clanculum
Patre quæ faciunt, quæ fert adulescentia,
Ea ne me celet, consuefœci filium.
Nam qui mentiri, aut fallere insueuerit patrem, aut
Audebit tanto magis audebit cæteros.
Pudore & liberalitate liberos
Retinere, satius esse credo, q̃ metu.
Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placent.
Venit sæpe ad me clamitans, quid agis Mitio?
Cur perdis adulescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris?
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es.
Nimium ipse durus est, præter æquum & bonum.
Et errat longe, mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse aut, stabilius
Vi quod fit, q̃ illud quod amicitia adiungitur.
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum,
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet.
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit,
Studet par referre, præsens absensq; idem erit.
Hoc patrium est potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere, q̃ alieno metu.
Hoc pater ac dominus interest, hoc qui nequit,

Fateatur se nescire imperare liberis.
Sed est ne hic ipsus de quo agebam? & certe is est,
Nescio quid tristem uideo, credo iam (ut solet)
Iurgabit. saluum te aduenire Demea gaudemus.

DEMEA. MITIO.

C Senarii.

Em opportune te ipsum quærito. MI.
H Quid tristis es? DE. rogitas me, ubi nobis Aeschinus
Siet? quid tristis ego sim? MI. Dixin hoc fore?
Quid is fœcit? DE. Quid ille fœcerit? quem neq; pudet
Quicq̃, neq; metuit quemq̃, neq; legem putat.
Tenere se ullam. nam illa quæ antehac facta sunt
Omitto, modo quid designauit? MI. Quid nam id est?
DE. Fores effregit, atq; in ædeis irruit
Alienas, ipsum dominum atq; omnem familiam
Mulctauit usq; ad mortem, eripuit mulierem
Quam amabat, clamant omnes indignissime
Factum esse hoc, aduenienti quod mihi Mitio
Dixere, in ore est omni populo. denicq;
Si conferendũ exemplum est, non fratrem uidet
Rei dare operam, rurí esse parcum ac sobrium,
Nullum huius simile factum: hæc cum illi Mitio
Dico, tibi dico, tu illum corrumpi sinis. MI.
Homine imperito nunq̃ quicq̃ iniustius,
Qui nisi quod ipse fœcit, nihil rectum putat. DE.
Quorsum istuc? MI. quia tu Demea hæc male iudicas.
Non est flagitium (mihi crede) adulescentulum

Scortari, neq; potare, neq; fores
Effringere. hæc si neq; ego, neq; tu fœcimus,
Non siuit egestas facere nos. tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum fœcisti inopia,
Iniurium est, nam si esset unde id fieret,
Faceremus. & tu illum tuum (si esses homo)
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius q̃ ubi te expectatum eiecisset foras.
Alieniori ætate post faceret tamen. DE.
Proh Iuppiter tu homo adiges me ad insaniam.
Non est flagitiũ facere hæc adulescentulũ? MI. ah
Auscultа, ne me obtundas de hac re sæpius.
Tuum filium dedisti adoptandum mihi,
Is meus est factus, si quid peccat Demea
Mihi peccat, ego illi maxumam partem feram.
Obsonat, potat, olet unguenta de meo.
Amat, dabitur a me argentum dum erit commodũ,
Vbi non erit, fortasse excludetur foras.
Fores effregit? restituentur: discidit
Vestem? resarcietur. est (Diis gratia)
Et unde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt.
Postremo aut desine, aut cedo quemuis arbitrum,
Te plura in hac re peccare ostendam. DE. Hei mihi
Pater esse disce ab his qui uere sciunt. MI.
Natura tu illi pater es, consilijs ego. DE.
Tun cõsulis qcq̃? MI. Ah, si pergis, abiero. DE.
Siccine agis? MI. An ego toties de eadem re audiam? DE.

Curæ est mihi. MI. Et mihi curæ est. uerum Demea
Curemus æquam uterq; partem, tu alterum,
Ego item alterũ. nam ambos curare, propemodum
Reposcere illum est quem dedisti. DE. Ah, ah, Mitio. MI.
Mihi sic uidet. DE. Quid istuc? tibi si istuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Iam si uerbum unum posthac. MI. Rursum Demea
Irascere? DE. An non credis? repeton quem dedi?
Aegre est, alienus non sum: si obsto, iterum desino.
Vnum hîs curem, curo. & est Diis gratia,
Cum ita uolo ut est, iste tuus ipse sentiet
Posterius, nolo in illum grauius dicere. MI.
Nec nihil, neq; omnia hæc sunt quæ dicit, tamen
Non nihil molesta hæc sunt mihi, sed ostendere
Me ægre pati illi nolui. nam ita est homo
Cum placo, aduersor sedulo, & deterreo,
Tamen uix humane patitur. uerum si augeam,
Aut etiam adiutor sim eius iracundiæ,
Insaniam profecto cum illo, & si Aeschinus
Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam.
Quam hic nõ amauit meretricẽ? aut cui non dedit
Aliquid? postremo (nuper credo iam omnium
Tædebat) dixit uelle uxorem ducere,
Sperabam iam deferbuisse adolescentiam,
Gaudebam. ecce autem de integro, nisi qcquid est
Volo scire, atq; hominẽ cõuenire, si apud forum st.

ACTVS SECVNDVS.

SANNIO. LENO. AESCHINVS.

Iambici Trochaici Tetrametri mixti.

Bſecro populares ferte miſero, atq; innocenti auxiliũ.
O Subuenite inopi. AE. otioſe, nũc iam ilico hic ꝓſiſte,
Quid reſpectas? nihil periclist, nũq; dũ ego adero hic
SA. Ego iſtam inuitis omnibus. AE. (te tanget.
Quanq; eſt ſceleſtus nõ cõmittet hodie unq, iterũ ut uapulet.
SA. Aeſchine audi, ne te ignarũ fuiſſe dicas meorum morũ,
Leno ego ſum. AE. Scio. SA. At ita, ut uſq; fuit fide qſq; optuma.
Tu qd te poſtetius purges, hanc iniuriam mihi nolle
Facta eſſe, huius qcq; nõ faciã, crede hoc, ego meũ ius perſequar.
Neq; tu uerbis ſolues unq, quod mihi re maleſœceris.
Noui ego neſtra hæc, nollem factũ, iuſiurandũ dabiſ, te eſſe
Indignũ iniuria hac, indignis cũ egomet ſim accept⁹ modis. AE.
Abi præſtrenue, ac fores aperi. SA. cæterũ hoc nihil facis. AE.
I intro iã nũc tu. SA. at em nõ ſinã. AE. Accede illuc Parmeno.
Nimium iſtoc abiſti, hic ꝓpter hũc aſſiſte. SA. Hem, ſic uolo.
AE. Caue nũc iam oculos a meis oculis quoq; dimoueas tuos,
Ne mora ſit, ſi innuerim, qn pugn⁹ cõtinuo in mala hæreat. SA.
Iſtuc uolo ergo ipm experiri. AE. Hem ſerua, omitte mulierem.
SA. O facin⁹ indignũ. AE. gemiabit niſi caues. SA. Hei miſero mihi. AE. Nõ innuerã, uerũ in iſtã partẽ potius peccato tamen,
I nũc iam. SA. qd hoc rei eſt? regnũ ne Aeſchine hic tu poſſides?
AE. Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis uirtutibus. SA.
Quid tibi rei mecũ eſt? AE. nihil. SA. quid? noſtin qui ſiem?
AE. nõ deſydero. SA. tetigin tui qcq? AE. ſi attigiſſes, ferres infor-
SA. Qui tibi magis licet meã hre, ꝓ q̃ ego argẽtũ dedi? (tunium.

Rñde. AE. ante ædeis nõ fœciſſe erit melius hic cõuitiũ.
Nam ſi moleſtus pergis eſſe, iam intro arripiere, atq; ibi
Vſq; ad neccm operiere loris. SA. loris liber? AE. ſic erit. SA.
O homine impurũ, hiccine libertate aiũt æquã eſſe omib⁹? AE.
Si ſatis iam debacchatus es leno, audi ſi uis nunc iam. SA.
Egõ debacchat⁹ ſũ ĩ te? an tu ĩ me? AE. omitte iſta, atq; ad rẽ redi.
SA. quã rẽ? quo redeã? AE. Jã ne me uis dicere qd ad te attinet?
SA. Cupio, modo æqui aliqd. AE. Vah, leno iniqua me non
Volt loqui. SA. Leno ſum fateor, pnities cõmũis aduleſcentiũ,
Peritus, peſtis, tamen tibi a me nulla eſt orta iniuria. AE.
Nã hercle etiã id reſtat. SA. Illuc quæſo redi quo cœpiſti Aeſchine.
AE. Minis uiginti tu illam emiſti, quæ res tibi uertat male,
Argenti tñ tibi dabiſ. SA. qd, ſi ego tibi illam nolo uendere?
Coges me? AE. mime. SA. nãq; id metui. AE. Neq; uẽdũdã cẽſeo,
Quæ liberaſt, nam ego illam liberali aſſero cauſa manu.
Nũc uide utrũ uis argentũ accipere, an cauſam meditari tuam.
Delibera hoc, dum ego redeo leno. SA. proh ſupreme Iuppiter,
Minime miror, qui inſanire occipiunt ex iniuria,
Domo me eripuit, uerberauit, me inuito abduxit meam.
Ob malefacta hæc tantidem emptam poſtulat ſibi tradier.
Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi.
Verum em qñ bene pmeruit, fiat, ſuum ius poſtulet.
Age iam cupio, ſi modo argentũ reddat. ſed ego hoc ariolor,
Vbi me dixero dare tanti, teſteis faciet ilico
Vendidiſſe me, de argento ſomnium, mox cras redi.
Id quoq; poſſum ferre ſi modo reddat, quanquã iniuriũſt,
Verũ cogito id quod res eſt, quando eum quæſtum occœperis, &

Accipiunda & mussitunda iniuria aduleſcentium eſt.
Sed nemo dabit, fruſtra egomet mecum has rationes deputo.

SYRVS. SANNIO.

Tetrametri Septenarii, & Senarii.

Ace, egomet puĕiã ipm, cupide accipiat faxo, atq; etiã
Bene dicat ſecũ eſſe actũ, qd iſtuc Sănioſt, qđ te audio
Neſcio quid ꝓcertaſſe cũ hero: SA. nunquã uidi iniq;
Certationẽ cõparatã, q̃ hæc quæ hodie inter nos fuit.
Ego uapulãdo, ille uerberãdo, uſq; ambo defeſſi ſumus. Sy.
Tua culpa. SA. qd agere? Sy. aduleſcẽti more geſtũ oportuit.
SA. q potui meli9 q̃ hodie uſq; os ꝓbui? Sy. Scis age qd loq̃r?
Pecuniã i loco negligere maximũ iterdũſt lucrũ. Sa. Hui. Sy.
Metuiſti, ſi nũc de tuo iure cõceſſiſſes paulũlũ, atque
Aduleſcenti eſſes morigeratus, hominũ homo ſtultiſſime.
Ne nõ tibi iſtuc fœneraret. SA. Ego ſpem ꝓcio nõ emo. Sy.
Nunq̃ rem facies, abi, neſcis, neſcare homies Sannio. SA.
Credo iſtuc melius eſſe. uerũ ego nunq̃ adeo aſtutus fui,
Quin qcqd poſſem, mallem auferre potius in pñtia. Sy.
Age, noui tuum animũ, quaſi iam uſq; tibi ſint uiginti minæ,
Dũ huic obſequare. ꝓterea aũt te aiũt ꝓficiſci Cyprũ. SA. Hem.
Sy. Coemiſſe hinc quæ illuc ueheres mꝛa, nauẽ cõducta, hoc ſcio.
Animus tibi pendet ubi illinc ſpero redieris, tu hoc ages. SA.
Nuſquã pedem, perii hercle, hac illi ſpe hoc incœperunt.
Sy. timet, inieci ſcrupulũ homini. SA. o ſcelera, illuc uide,
Vt in ipſo articulo oppreſſit, emptæ mulieres.
Cõplures, & item hinc alia, quæ porto Cyprum.
Niſi eo ad mercatum ueniam, damnum maximumſt.

Nunc ſi hoc omittam, actum agam, ubi illinc redieto
Nihil eſt, refrixerit res, nunc demum uenis?
Cur paſſus? ubi eras? ut ſit ſatius perdere,
Quam aut hic nunc manere tam diu, aut tum perſequi.
SY. Iam ne enumeraſti, quod ad te redirurũ putes? SA.
Hoccine illo dignumſt? hoccine incipere Aeſchinum?
Per oppreſſionem ut hanc mihi eripere poſtulet? Sy.
Labaſcit, unum hoc habeo, uide ſi ſatis placet,
Potius q̃ uenias in periculum Sannio.
Serues ne, an perdas totum, diuiduum face.
Minas decem corradet alicunde. SA. Hei mihi,
Etiam de ſorte nunc uenio in dubium miſer,
Pudet nihil, omnes dentes labefœcit mihi.
Præterea colaphis tuber eſt totum caput.
Etiã inſuper defraudat, nuſq̃ abeo. Sy. Vt lubet,
Nunqd uis quin abeam? SA. Immo hercle hoc quæſo Syre,
Vt ut hæc ſunt facta, potiuſq̃ lites ſequar,
Meum mihi reddatur, ſaltem quanti empta eſt Syre.
Scio te non eſſe uſum ante hac amicitia mea,
Memorem me dices eſſe, & gratum. Sy. Sedulo
Faciam, ſed Cthesiphonem uideo, lætus eſt.
De amica. SA. Quid quod te oro? Sy. pauliſper mane.

CTHESIPHO. SYRVS.

Tetrametri Iambici.

Bs quis hoie (cũ eſt op9) bñficiũ accipe gaudeas.
Ver: emuero id demũ iuuat, ſi quẽ æquõſt bñfacere, is
O frat frat qd ego nũc te laudẽ? ſatis certe ſcio, (facit,

Nunq̃ ita magnifice qcq̃ dicam id uirtus quin superet tua.
Itaq; unã hãc rem me habere præter alios præcipuã arbitror,
Fratrem hominẽ neminẽ esse primarũ artium magis principem.
SY. Ó Cthesipho. Cthe. O Syre, Aeschinus ubi est?
SY. Ellum, te expectat domi. Cthe. Hem. SY. Quid est?
Cthe. Quid sit? illius opera Syre nunc uiuo, festiuum caput
Qui omnia sibi postposuerit esse præ meo cõmodo.
Maledicta, famã, meretricem & peccatum in se transtulit.
Nihil pote supra, sed qs nã foris crepuit? SY. mane, ipse exit foras.

AESCHINVS. SANNIO. CTHESIPHO. SYRVS.

℄ Tetrametri Iambici.

I Bi est ille sacrilegus? SA. men quærit? nunquid nam
effert? occidi, Nihil uideo.
AE. ehé opportũe, te ipm quærito, qd fit o Cthesipho.
In tuto est omnis res, omitte uero tristiciam tuam.
Cthe. Ego illã facile uero omitto, qui quidé te habeã fratrem.
O mi Aeschine, o mi germãe, ah uereor coram in os te laudare am.
Ne id assẽtãdi magis, q̃ qd habeã gratũ, facere existimes. AE. (pli?,
Age inepte, quasi nunc nõ norimus nos inter nos Cthesipho.
Sed hoc mihi dolet, nos pene sero scisse, & pene in eum locum
Rediisse, ut si omes cuperẽt, nihil tibi possent auxiliarier. Cthe.
Pudebat. AE. ah, stulticiast istæc, non pudor, tam ob paruulã
Rem pene ex pria, turpe dictu, deos quæso ut istæc phibeãt. Cth.
Peccaui. AE. quid ait tandé nobis Sannio? SY. Iam mitis est. AE.
Ego ad forũ ibo, ut hũc absoluã, tu intro ad illã Cthesipho. SA.
Syre ista. SY. eam?, nãq; hic pperat in Cyprũ. SA. ne tã cito quidé,
Quamuis etiam maneo ociosus hic. SY. reddetur, ne time. SA.

At ut omne reddat. Sy. oẽ reddet, tace modo, ac sequere hãc.
SA. Sequor. CT. Heus heus Syre. SY. Hem quid est?
CT. Obsecro hercle hominem istum impurissimum
Quam primum absoluito te, ne si magis irritatus siet,
Aliqua ad patrẽ, hoc permanet, atq; ego tũc perpetuo perierim.
SY. Nõ fiet, bono animo esto, tu cũ illa te intus oblecta interim,
Et lectulos iube sterni nobis, & parari cætera.
Ego iam transacta re, cõuortã me domũ cum obsonio. CT.
Ita quæso, q̃n hoc bene successerit, hilarẽ hũc sumam? diem.

ACTVS TERTIVS.

SOSTRATA. CANTHARA.

O Bsecro mea nutrix, qd nũc fiet? Cã. qd fiet rogas? tecte
Edepol spero. So. mõ dolores mea tũ occipiũt pmulũ
Cã. Iã nũc times, q̃si nũq̃ adfueris, nũq̃ tute peperis? S.
Miserã me, neminẽ habeo, solæ sum?. Geta aũt hic nõ adest.
Nec quẽ ad obstetricẽ mittã, nec qui accersat Aeschinũ. Can.
Pol is qdé iam hic aderit. nam nunquã unũ intermittit diem,
Quin semper ueniat. SO. Solus mearũ miseriarũ est remediũ.
Can. E re nata melius fieri haud potuit, q̃ factum est hera.
Quando uitiũ oblatũ est, quod ad illũ attinet potissimũ,
Talem tali genere atq; animo natum ex tanta familia. SO.
Ita pol est ut dicis, saluos nobis deos quæso ut siet.

GETA. SOSTRATA. CANTHARA.

℄ Tetrametri Iambici, & Dimeter unus.

N Vnc illud est, qd si omes omia sua cõsilia cõferant,
Atq; huic malo salutẽ quærant, auxilii nihil afferant,
Qd mihiq;, heræq; filiæq; herili est. ue misero mihi,

Tot res repente circumuallant, unde emergi non potest,
Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia,
Hoccine sæculũ, o scelera, o gña sacrilega, o hominẽ impiũ. SO.
Me miserã qd nam est, qd sic uideo timidũ & pperantẽ Getã? GE.
Quem neq; fides, neq; iusiurandũ, neq; ulla misericordia
Repressit, neq; reflexit, neq; quod partus instabat prope.
Cui miseræ indigne per uim uitiũ obtulę. at. SO. non intellego
Satis quæ loquat. CA. ppius obsecro accedamus Sostrata. GE. Ah
Me miserũ, uix sum cõpos animi, ita ardeo iracundia.
Nihil est qd malim, q̃ illã totã familiã dari mihi obuiam,
Vt iram hãc in eos euomã omnẽ, dum ægritudo hæc est recens.
Satis mihi id habeã supplicii, dum illos ulciscar modo.
Seni animã primũ extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus.
Tum aũt Syrũ impulsorẽ, uah, quib? illũ l. ceraré modis?
Sublimẽ mediũ arriperem, & capite primũ in terram statuerem,
Vt cerebro dispergat uiam.
Adulescenti ipsi eriperem oculos, post hac præcipitem darem.
Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem & pternerem.
Sed cesso hera hoc malo impertiri ppere? SO. reuocem? Geta.
GE. hẽ q̃s es, sine me. SO. ego sum Sostrata. GE. ubi east? te ipam
Te expecto, oppido opportũe te obtulisti mihi obuiã (quærito
Hera. SO. qd est? qd trepidas? GE. hei mihi. SO. Quid festinas
Mi Geta? Animũ recipe. GE. prorsus. SO. qd istuc prorsus ergo st?
GE. perim? actũst. SO. eloq̃re obsecro qd sit. GE. iam. SO. Quid
Iã Geta? GE. Aeschin?. SO. qd ergo is? GE. alien? est a nra familia.
SO. Hé perii, q̃re? GE. amare occepit aliam. SO. ue miseræ mihi.
GE. Neq; id occulte fert, a lenone ipsus eripuit palam. SO.

Scin hoc certe? GE. certe, hisce oculis egomet uidi Sostrata. SO. ah,
Me miserã, qd credas iã? aut cui credas? nostrũ Aeschinũ,
Nostrarũ uitã omniũ, in quo nostræ spes, oñesq; opes sitæ
Erant, qui sine hac iurabat se unũ nunq̃ uicturũ diem,
Qui se in sui gremio positurũ puerũ dicebat, patrem
Ita obsecraturũ, ut liceret sibi hanc uxorem ducere. GE.
Hera lachrumas mitte, ac potius qd ad rem op? est porro pspice,
Patiamur ne, an narremus cuipiã? SO. hau, hau mi hõ san? ne es?
An hoc pferendũ tibi usq̃ esse uidet? GE. mihi quidẽ nõ placet,
Iam primũ illum alieno anio a nobis esse res ipsa indicat.
Nunc si hoc palam proferemus, ille inficias ibit, sat scio.
Tua fama & gnatæ uita in dubium ueniet, tum si maxime
Fateatur, cum amet aliam, non est utile hanc illi dari.
Quapropter quoquo pacto cælato, est op?. SO. ah minime gentiũ,
Non faciam. GE. Quid ais? SO. Proferam.
GE. Hem, mea Sostrata uide quam rem agas,
SO. Peiore in loco res non põt esse, q̃ in quo nunc sita est.
Primũ indotata est, tum præterea quæ secunda ei dos erat
Periit, pro uirgine dari nuptũ nõ põt, hoc reliquom st,
Si inficias ibit, testis mecum est annulus quem amiserat.
Postremo, qñ ego conscia mihi sum, a me culpã esse hãc pcul,
Neq; ptiũ, neq; rẽ ullã intercessisse, illã aut me indignã Geta expe-
GE. Quid istuc? accedo ut meli? dicas. SO. tu q̃tũ potes (riar.
Abi, atq; Hegioni cognato huius, rem omnem narrato ordine,
Nam is nostro Simulo fuit summus, & nos coluit maxume. GE.
Nam herele alius nemo respicit nos. SO. ppera tu mea Cãtara,
Curre, obstetricem accerse, ut cũ opus sit, ne in mora nobis siet.

DEMEA.

¶ Senatii omnes.
Isperij, Cthesiphonem audiui filium
d Vna affuisse in raptione cum Aeschino.
Id misero restat mihi mali, si illum potest
Qui alicuius rei est, etiam eum ad nequitiam adducere.
Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquo, persuasit ille impurus, sat scio.
Sed eccum Syrum ire uideo, hinc scibo iam ubi siet.
Atq; hercle hic de grege illo est, si me senserit
Eum quæritare, nunquam dicet carnifex.
Non ostendam me id uelle.

SYRVS. DEMEA.

¶ Eiusdem numeri sunt. Primus uersus superiori cõnectit.
Mnem rem modo seni
o Quo pacto se haberet, enarramus ordine.
Nihil quicq̃ uidi lætius. DE. Proh Iuppiter
Hominis stultitiam. SY. Collaudauit filium,
Mihi (qui id dedissem consilium) egit gratias. DE.
Disrumpor. SY. Argentum adnumerauit ilico,
Dedit præterea in sumptum dimidium minæ,
Id distributum sane est ex sententia. DE. Hem,
Huic mandes, si quid recte curatum uelis. SY.
Ehem Demea, haud aspexeram te, quid agitur? DE.
Quid agatur? uostram nequeo mirari satis
Rationem. SY. est hercle inepta (ne dicam dolo) atque
Absurda, piscis cæteros purga Dromo.

Congrum istum maximum in aqua finito ludere
Paulisper, ubi ego uenero exossabitur,
Prius nolo. DE. hæccine flagitia? SY. mihi qdé nõ placent,
Et clamo sæpe, salsamenta hæc Stephanio
Fac macerentur pulchre. DE. Dii uostram fidem,
Vtrum studio ne id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit guatum, ue misero mihi,
Videre quidem iam diem illum, cum hinc egens
Profugiet aliquo militatum. SY. o Demea,
Istuc est sapere, non quod ante pedes modo st
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt
Prospicere. DE. quid? istæc iam penes uos psaltria est? SY.
Est iam intus. DE. Eho, an domi est habiturus? SY. credo, ut est
Dementia! DE. Hæccine fieri flagitia? SY. inepta lenitas
Patris, & facilitas praua. DE. Fratris me quidem
Pudet, pigetq̃. SY. Nimium inter uos Demea,
Ac non qa ades præsens dico hoc, pernimium interest.
Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es.
Ille futilis, somnium, sineres uero tu illum tuum
Facere hæc? DE. Sinerem illum? an non sex totis mensibus
Prius olfœcissem, q̃ ille quicquam cœperit? SY.
Vigilantiam tuam tu mihi narras? DE. Sic siet
Modo, ut nũc est quæso? Sy. Vt quisq; suum uult esse, ita st.
DE. Quid? eum uidistin hodie? Sy. Tuum ne filium?
DE. Abiit hiã hinc rus? Sy. iãdudũ aliqd ruri agere arbitror. DE.
Satin scis ibi eum esse? Sy. Oh, quem egomet produxi?
DE. optũe est, metui ne hæreret hic. Sy. Atq; iratũ admodũ.

O

DE. Quid aũt? Sy. Adortus est iurgio fratrem apud forum
De psaltria istac. DE. Ain uero? Sy. Vah, nihil reticuit.
Nam ut numerabatur forte argentum, interuenit
Homo de improuiso, cœpit clamare, o Aeschine,
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere nostro? DE. oh, lachrimo præ gaudio.
Sy. non tu hoc argentũ perdis, sed uitam tuam. DE.
Saluus sit, spero est similis maiorum suorum, Sy. hui.
DE. Syre præceptorũ plenus istorum ille est. Sy.
Philosophos domi habuit, unde disceret. DE. fit sedulo,
Nihil prætermitto consuefacio denique
Inspicere tanq̃ in speculo, nitas hominum
Iubeo, atq; ex aliis sumere exemplum sibi.
Hoc facito. Sy. recte sane. DE. hoc fugito. Sy. callide.
DE. hoc laudi est. Sy. Istec res est. DE. hoc uitio datur.
Sy. pbissime. DE. porro aũt. Sy. nõ hercle otium est
Nunc mihi auscultandi, pisces ex sententia
Nactus sum, hi mihi ne corrumpantur cautiost.
Nam id nobis tam flagitiumst, q̃ illa Demea
Non facere nobis quæ modo dixti. & quod queo
Conseruis ad eundem illis præcipio modum,
Hoc salsumst, hoc adustumst, hoc lautumst parum,
Illud recte, iterum sic mementote sedulo
Moneo, quæ possum pro mea sapientia.
Postremo tanq̃ in speculum, in patinas Demea
Inspicere iubeo, & moneo quid facto opus siet.
Inepta hæc esse nos quæ facimus sentio.

Verum quid facias? ut homost, ita morem geras.
Nun qd uis? DE. mentem uobis meliorem dari. Sy.
Tu rus hinc abis? DE. Recte. Sy. Nam qd tu hic agas,
Vbi si qd bene præcipias, nemo obtemperat? DE.
Ego uero hinc abeo, qñ is, quã ob rem huc ueneram
Rus abiit. illum curo unum ille ad me attinet.
Quando ita uolt frater, de istoc ipse uiderit.
Sed qs illic est, quem procul uideo? est ne hic Hegio
Tribulis noster? si satis cerno, is hercle est. uah homo
Amicus nobis iam inde a puero. Dii boni,
Næ illiusmodi iam nobis magna ciuium
Penuria st, homo antiqua uirtute ac fide
Haud scio mali quid ortum ex hoc sit publice.
Quam gaudeo, ubi etiam huius generis relliquias
Restare uideo. uah, uiuere etiam nunc libet.
Opperiar hominem hic, ut salutem & colloquar.

HEGIO. GETA. DEMEA.

C Senarii omnes.

Roh, dii immortales facinus indignũ, Geta
p Quid narras? GE. Sicẽ factũ. HE. Ex illan familia
Tam illiberale facinus esse ortũ? o Aeschine
Pol haud paternum istuc dedisti. DE. Videlicet
De psaltria hac audiuit, id illi nunc dolet
Alieno, pater id nihili pendit, hei mihi,
Vtinã hic ppe adesset alicubi, atq; audiret hæc. HE.
Ni facient quæ illos æquomst, haud sic auferent. GE.
In te spes omnis Hegio nobis sita est,

Te ſolum habemus,tu es patronus, tu pater,
Ille tibi moriens non commendauit ſenex.
Si deſeris tu , nos perimus.HE. Caue dixeris,
Neq; faciam,neq; me ſatis pie poſſe arbitror.DE.
Adibo ſaluere Hegionem plurimum
Iubeo,HE.te quærebam ipſum, ſalue Demea,DE.
Quid autem? HE.Maior filius tuus Aeſchinus,
Quem fratri adoptandum dediſti, neq; boni,
Neq; liberalis functus eſt officium uiri.DE.
Quid iſtuc? HE. Noſtrum amicum noras Simulum,
Atq; æqualē? DE.Quid ni? HE.Filiam eius uirginem
Vitiauit.DE.Hem,HE. Mane,nondum audiſti Demea
Quod eſt grauiſſimū. DE. An quicq̄ eſt etiā amplius? HE.
Vero amplius.nam hoc quidem ferundū aliquo modoſt.
Perſuaſit nox,amor,uinum, adoleſcentia.
Humanumſt,ubi ſcit factum,ad matrem uirginis
Venit ipſus ultro,lachrumans,orans,obſecrans,
Fidem dans,iurans ſe illam ducturum domum,
Ignotumſt,tacitumſt,creditumſt:uirgo ex eo
Compreſſu grauida facta eſt, menſis hic decimus eſt.
Ille bonus uir nobis ſpaltriam,ſi Diis placet,
Parauit,qui cum uiuit,illam deſerat.DE.
Pro certon tu iſtæc dicis? HE. Mater uirginis
In medio eſt,ipſa uirgo,res ipſa,hic Geta
Præterea,ut captus eſt ſeruulorum,non malus,
Neq; iners,alit illas,ſolus omnem familiam
Suſtentat,hunc abduce,uince,quære rem.GE.

Immo hercle extorque,niſi ita factumſt Demea.
Poſtremo non negabit coram ipſo,cœdo. DE.
Pudet,nec quid agā,neq; quid huic reſpondeam ſcio.
GE.intus clamat Pāphila. PAM.miſerā me, differor doloribus,
Iuno Lucina fer opem,ſerua me obſecro, HE.Hem.
Num nam illa quæſo parturit? GE.certe Hegio.HE.Hem,
Illec fidem nunc noſtram implorat Demea,
Quod uos ius cogit,ut id uoluntate impetret.
Hæc primum ut fiant deos quæſo,ut uobis decet.
Sin aliter animus ueſter eſt, ego Demea
Summa ui hanc defendam,atq; illum mortuum.
Cognatus mihi erat,una a pueris paruoli
Sumus educati,una ſemper militiæ & domi
Fuimus,paupertatem una pertulimus grauem.
Quapropter nitar,faciam, experiar,denicq;
Animā relinquam potius,q̄ illas deſeram.
Quid mihi reſpondes? DE.fratrem conueniam Hegio,
Is quod mihi de hac re dederit cōſilium,id exequar.HE.
Sed Demea hoc tu facito, tecum animo cogites,
Quam uos facillime agitis, q̄ eſtis maxumi,
Potentes,dites, fortunati,nobiles,
Tam maxume uos æquo animo æqua noſcere
Oportet,ſi uos uoltis perhiberi probos. DE.
Redito,fient,quæ fieri æquomſt omnia.HE.
Decet te facere.Geta duc me intro ad Soſtratam,DE.
Non me indicente hæc fient.utinam hoc ſit modo
Defunctum, uerum nimia illæc licentia

Profecto cuadet in aliquod magnum malum.
Ibo,ac requiram fratrem,ut in eum hæc tuomam.HE.
Bono animo fac sis Sostrata,& istam,qd potes
Consolare.ego Mitionem si apud forum st
Conueniam,atq; ut res gesta est narrabo ordine.
Si est facturus,ut sit officium suum,
Faciat.sin aliter de hac re est eius sententia,
Respondeat mihi,ut quid agam q̃ primum sciam.

ACTVS QVARTVS.

CTHESIPHO. SYRVS.

℄ Tetrametri Iambici Trochaici mixti,& Dimeter unus.

In patrẽ hinc abisse rus? Sy.iãdudũ.CT.dic sodes
a Sy.apd̃ uillãst,nũc eũ maxũe opis aliqd facere credo.
CT.utinã qdẽ qd̃ eũ salute eius fiat,ita se defatigarit
Vt triduo hoc perpetuo,prsus e lecto nequeat surgere.Sy. (uelim
Ita fiat,& istoc si quid potis est rectius.CT.Ita nam hũc diem
Misere nimis cupio,ut cœpi perpetuũ in lætitia degere.
Et illud rus nulla alia causa tam male odi,nisi quia
Prope est.quod si abesset longius,
Prius nox oppressisset illic,q̃ huc reuerti posset iterum.
Nunc ubi me illic non uidebit,iam huc recurret sat scio.
Rogabit me ubi fuerim,quem ego hodie toto non uidi die.
Quid dicã? Sy.nihil ne in mentẽst? CT.nũq̃ qcq̃.Sy.tãto negor
Cliens,amicus,hospes,nemo est uobis?
CT.sunt,qd postea? Sy. Hisce opera dic ut data sit.
CT.Quæ non data sit? non põt fieri.Sy.Potest.
CT.Interdiu,sed si hic pernocto,causæ qd dicã Syre? Sy.

Vah,q̃ uellem etiã noctu amicis operam mos esset dari.
Quin tu ociosus es,ego illius sensum pulchre calleo.
Cũ feruet maxũe,tam placidũ q̃ quem reddo.CT.quo modo?
Sy.Laudarier te audit libenter,facio te apud illũ deum,
Virtutes narro.CT.meas? Sy.Tuas,homini illico lachrymæ cadũt
Quasi puero gaudio,hem tibi autem.
CT.quid nam est? Sy.Lupus est in fabula.
CT.Pater ne est? Sy.ipsus.CT.Syre,quid agimus?
Sy.Fuge modo intro,ego uidero. CT.
Si qd rogabit,nusq̃ tu me,audistin? Sy.potin ut desinas?

DEMEA. CTHESIPHO. SYRVS.

℄ Pares superioribus.

Ego hõ sũ infœlix? primũ fratrẽ nusq̃ inuenio gẽtiũ.
n Præterea aũt dum illum quæro a uilla mercenariũ
Vidi,is filium negat esse ruri,nec quid agã scio. CT.
Syre.Sy.Quid ais? CT.Men quærit? Sy.
Verum.CT.Perii.Sy.Quin tu animo bono es.DE.
Quid hoc malum infœlicitatis? nequeo satis decernere,
Nisi me credo huic esse natum rei ferundis miseriis.
Primus sentio mala nostra,primus reciscо omnia,
Primus porro obnuncio ægre solus si quid sit fero.Sy.
Rideo hunc primũ ait se scire,is solus nescit omnia.DE.
Nunc redeo,si forte frater redierit uiso.CT.
Syre,obsecro,uide nec ille huc prsus se irruat.Sy.etiã taces?
Ego cauebo.CT.Nunq̃ hercle hodie ego istuc cõmittã tibi.
Nam me in cellã aliquã cũ illa cõcludã,id tutissimũst.Sy.
Age tũ ego hũc amouebo.DE.sed eccũ sceleratũ Syrũ.Sy.

Non hercle hic quidem durare quiſpiam, ſi ſic fit, poteſt.
Scire equidē uolo quot mihi ſint dñi, quæ hæc eſt miſeria? DE.
Quid ille gannit? qd uolt? qd ais bone uir? eſt frater domi? Sy.
Quid (malū) bone uir mihi narras? eqdē perii. DE. qd tibi ē? SY.
Rogitas? Cthesipho me pugnis miſerū, & iſtā pſaltriā uſq; occidit
DE. Hem qd narras? Sy. hē, uide ut diſcidit labrū. DE. cōbrem?
Sy. Me impulſore hanc emptam eſſe ait. DE. num tu eum
Rus hinc dixtin abiiſſe? Sy. factū, uerū uenit poſt inſaniens
Nihil pepercit, non puduit ſe uerberare hominem ſenem,
Quem ego modo puerū tantillū in manib⁹ geſtaui meis. DE.
Laudo Cthesipho, patriſſas, abi, uirum te iudico. Sy.
Laudas ne? ille cōtinebit poſthac: ſi ſapit: manus. DE. Fortiter.
Sy. per quā nimis, quia miſerā mulierē, & me ſeruolum,
Qui referire nō audebam, uicit, hui, perfortiter. DE.
Non potuit melius, idē ſenſit quod ego, te eſſe huic rei caput.
Sed ē ne frater intus? Sy. Nō eſt. DE. Vbi illū q̄rā cogito. Sy.
Scio ubi ſit, uerū hodie nunq̄ mōſtrabo. DE. hem qd ais? Sy. Ita.
DE. Diminuet tibi quidē iam cerebrū. Sy. at nomen neſcio
Illius homis, ſed locū noui ubi ſit, DE. Dic ergo locū. Sy.
Noſtin porticū apd macellū hac deorſum? DE. qd ni nouerim?
Sy. Præterito hac recta platea ſurſum ubi eo ueneris,
Cliuos deorſum uorſum eſt, hac te præcipitato, poſtea
Eſt ad hanc manū ſacellū, ibi angiportū propter eſt. DE.
Quod nam? Sy. illic ubi etiam caprificus magna eſt, noſtin?
DE. noui. Sy. hac pergito. DE.
Id quidem angiportū nō eſt peruiū. Sy. uerum hercle. uah,
Cenſen hominē me eſſe? erraui. in porticū rurſum redi,

Sane hac multo propius ibis, & minor eſt erratio.
Scin Cratini huius ditis ædes? DE. ſcio. SY, ubi eas præterieris
Ad ſiniſtram hac recta platea, ubi ad Dianæ ueneris,
Ito ad dexterā, q̄ ad portā uenias, apud ipſum lacum
Eſt Piſtrilla, & ex aduerſo eſt fabrica, ibi eſt. DE. quid ibi facit?
SY. Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit,
Vbi poteris uos. DE. ſane bene. ſed ceſſo ad eum pergere? Sy.
I ſane, ego te exercebo hodie ut dignus es ſi licerniū.
Aeſchinus ocioſe ceſſat, prandium corrumpitur.
Cthesipho aūt in amore eſt totus, ego iam ſpiciā mihi.
Nam iam adibo, atq; unū quodq; qd quidē erit belliſſimū,
Carpā, & cyathos ſorbillans paulatim hunc ꝓducā diem.

MITIO. HEGIO SENEX.

Iambici Tetrametri.

Go i hac rē nihil repio, quāobrē lauder tātope Hegio,
Meū officiū facio, qd ptim a nobis ortū eſt corrigo.
Niſi me in illo credidiſti eē hoīm nūero, q ita putāt
Sibi fieri iniuriam, ultro ſi quam fœcere, ipſi expoſtulant
Et ultro accuſant. id qa nō eſt a me factū, agis gras. HE.
Ah minime. nunq̄ te aliter, atq; es in animū induxi meum.
Sed quæſo, ut una mecum ad matrem uirginis eas Mitio,
Atq; iſtæc eadem quæ mihi dixti, tute dicas mulieri.
Suſpitionē hāc ꝓpter fratrē eius eſſe, & illā pſaltriā. MI.
Si ita æquū cenſes, aut ſi ita opus eſt facto, eam⁹. HE. bene facis.
Nam & illi animū iam releuabis, quæ dolore, ac miſeria
Tabeſcit, & tuo officio fueris functus. ſed ſi aliter putas,
Egomet narrabo quæ mihi dixti. MI. imo ego ibo. HE. bene facis.

Omes quibus res sunt minus secũdæ, magis sunt (nescio quo mõ)
Suspitiosi ad cõtumeliã, omnia accipiũt magis
Propter suam impotentiã, se semper credunt negligi.
Quapropter te ipm purgare ipsis coram placabilius est. MI.
Et recte, & uerũ dicis. HE. sequere me ergo hac intro. MI. maxume.

AESCHINVS.

ℂ Tetrametri Senarii mixti, & unus trochaicus catalectic9.

Iscrutior animi, hoccine de iprouiso mali mihi obiici
d Tantũ, ut neq; qd de me faciã, neq; qd agã certũ siet.
Membra metu debilia sunt, anim9 timore obstupuit,
Pectore consistere nihil consilii quiuit. Vah
Quo modo me ex hac exped iam turba?
Tanta nunc suspicio de me incidit, neq; ea immerito.
Sostrata credit mihi me psalteriam hanc emisse, id anus
Mihi inditium fœcit.
Nam ut hinc forte ea ad obstetricẽ erat missa, ubi eam uidi, ilico
Accedo, rogito, Pãphila qd agat? iam ne partus adsiet?
Eo ne obstetricẽ accersat? illa exclamat, abi, abi iam Aeschine,
Satis diu uerba dedisti nobis; satis adhuc tua nos frustrata est fides.
Hem qd istuc obsecro inquãst? ualeas, habeas illã quæ placet.
Sensi ilico illas suspicari, sed me repressi tamen
Ne qd de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palam.
Nunc qd faciã? dicã fratris esse hanc, qd minime est opus
Vsquam efferri. age omitto, fieri potis est ut nequa exeat.
Ipsum id metuo ut credant, tot cõcurrunt uerisimilia.
Egomet rapui, ipse egomet solui argentũ, ad me abducta ẽ domũ,
Hæc adeo mea culpa fateor fieri, non me hãc rem patri

(Vt erat gesta) indicasse, exorassem ut eam ducerem.
Cessatũ usq; adhuc est, nũc iam porro Aeschine expergiscere.
Nũc hoc primũ est, ad illas ibo ut purgẽ me, accedã ad fores,
Perii, horresco semper ubi pulsare hasce occipio fores.
Heus, heus, Aeschinus ego sum, aperite aliqs actutũ hostiũ.
Prodit nescio quis, concedam huc.

MITIO. AESCHINVS.

ℂ Tetrametri & Trimetri mixti, Iambici & Trochaici.

Ta ut dixi Sostrata (sciam.
I Facito, ego Aeschinũ pueniã, ut quo mõ acta hæc sint,
Sed qs hostiũ hoc pulsauit? AE. pr hercle ẽ, perii.
MI. Aeschie? AE. qd huic h negotioſt? MI. Tu ne has pepulisti fores?
Tacet, cur non ludo hũc aliquantisper? melius est,
Quandoquidẽ hoc nunq; mihi ipse uoluit credere.
Nihil mihi rndes? AE. Non eqdẽ istas, quod sciam. MI.
Itan? nam mirabere quid hic negotii esset tibi,
Erubuit, salua res est. AE. Dic sodes pater,
Tibi uero qd istic est rei? MI. Nihil mihi quidem,
Amicus quidã me a foro abduxit modo
Huc aduocatũ sibi. AE. Quid? MI. Ego dicã tibi.
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ
Vt opinor has non nosse te, & certe scio,
Neq; eñ diu huc cõmigrarunt. AE. Quid tum postea? MI.
Virgo est cum matre. AE. Perge, MI. Hæc uirgo orbast patre,
Hic meus amicus illi genere est proximus,
Huic leges cogũt nubere hanc. AE. Perii. MI. Quid est? AE.
Nihil recte, perge. MI. is uenit, ut secum aduehat

Nam habitat Mileti. AE. Hem, uirginē ut ſecum aduehat? MI.
Sic eſt. AE. Miletū uſq; obſecro? MI. ita. AE. animo maleſt
Quid ipſe? qd aiūt? MI. qd iſtas cenſes? nihil enim
Commenta mater eſt, eſſe ex alio uiro,
Neſcio quo, puerum natum, neq; eum nominat,
Priorem eſſe illum, non oportere huic dari. AE.
Eho nonne hæc iuſta tibi uidēt poſtea? MI.
Non. AE. obſecro nō? an illam hinc abducet pater? MI.
Quid ni illam abducat? AE. factū a uobis duriter,
Immiſericorditerq;, atq; etiā (ſi eſt pater
Dicendum magis aperte) illiberaliter. MI.
Quam ob rem? AE. rogas me? qd illi tandē creditis
Fore animo miſero, qui cum illa conuenit prius
Qui infœlix (haud ſcio an illam nunc miſere amat)
Cum hanc ſibi uidebit præſens præſenti eripi,
Abduci ab oculis, facinus indignum pater. MI.
Qua ratione iſtuc? quis deſpondit? quis dedit?
Cui? quando nupſit? author is rebus quis eſt?
Cur duxit alienam? AE. an ſedere oportuit
Domi uirginem tam grandem, dum cognatus hinc,
Illinc ueniret expectantem? hæc mi pater
Te dicere æquom fuit, & id defendere. MI.
Ridiculum, aduorſum ne illum cauſſam dicerem,
Cui ueneram aduocatus? ſed quid iſta Aeſchine
Noſtra? aut qd nobis cū illis? abeam? qd eſt? (audiui omnia
Quid lachrumas? AE. pater obſecro auſcultа. MI. ah Aeſchine
Et ſcio, nam te amo, quo magis quæ agis curæ ſunt mihi. AE.

Ita uelim me, pmerentem ames, dum uiuas mi pater.
At me hoc delictū admiſiſſe in me, id uehementer dolet,
Et me tui pudet. MI. Credo hercle, nam ingeniū noui tuum
Liberale, ſed uereor ne indiligens nimium ſies.
In qua ciuitate tandem te arbitrare uiuere?
Virginem uiciaſti, quam te ius non erat tangere.
Iam id peccatū, primū magnum, at humanū tamen.
Fœcere alii ſæpe item boni, at poſtq; id euenit, cedo,
Nūquid circūſpexiſti? aut nunquid tute proſpexiſti tibi
Quid fieret? qua fieret? ſi te ipſum mihi puduit dicere,
Qua reſciſcere? hæc dū dubitas, menſes abierūt decem.
Prodidiſti & te, & illam miſerā, & gnatū, quod quidē in te fuit.
Quid credebas, dormiēti hæc tibi cōfecturos deos?
Et illam ſine tua opera in cubiculū iri deductū domū?
Nolim te cæterarū rerum ſocordem eodem modo.
Bono animo es, duces uxorē hāc. AE. hem. MI. bono animo es
Inquam. AE. Pater obſecro, num ludis tu nunc me?
MI. ego te? quam ob rem? AE. Neſcio,
Niſi quia tam miſere hoc eſſe cupio uerū, eo uereor magis.
MI. Abi domū, ac deos cōprecare, ut uxorē accerſas, abi. AE.
Quid? iam ne uxorē? MI. iam AE. iā? MI. iā q̄tū potes. AE. dii me
Oēs oderīt, ni magis te, q̄ oculos nūc amo meos. MI. (pater
Quid? q̄ illā? AE. æque. MI. perbenigne. AE. qd? ille ubi ē Mileſi?
MI. Abiit, periit, nauē aſcendit, ſed cur ceſſas? AE. Abi pater,
Tu potius deos cōprecare, nam tibi eos certo ſcio,
Quo uir melior multo es q̄ ego, obtemperaturos magis,
MI. Ego eo intro, ut quæ opus ſunt parent, tu fac ut dixi, ſi ſapis.

AE. Quid hoc est negoti? hoc est patrē eē? aut hoc est filiū esse?
Si frater aut sodalis esset, qui magis morem gereret?
Hic non amādus, hiccine nō gestandus in sinus? hem,
Itaq; adeo magnā mihi iniecit sua cōmoditate curam,
Ne forte imprudens faciam quod nolit, sciens cauebo.
Sed cesso ire intro, ne mora meis nuptiis egomet siem.

DEMEA SOLVS.

Senarii omnes.

Efessus sum ambulando, ut Syre te cum tua
d Monstratione magnus perdat Iuppiter,
Perreptaui usq; omne oppidū, ad portam, ad lacum,
Quo non? neq; illic fabrica ulla erat, & neq; fratrē homo
Vidisse se aiebat quisquam, nunc uero domi
Certum obsidere est usq;, donec redierit.

MITIO. DEMEA.

I Bo, illis dicam nullam esse in nobis moram. DE.
Eccum ipsum, te iamdudū quæro Mitio. MI.
Quid nam? DE. fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adulescentis. MI. ecce autem. DE. Noua,
Capitalia. MI. Desine obe iam. DE. Ah nescis quit sit. MI. Scio.
DE. Ah stulte tu de psaltria me somnias agere.
Hoc peccatum est in uirginem ciuem. MI. Scio.
DE. Eho, scis & patere? MI. Quid ni patiar? Dic mihi,
Non clamas? nō insanis? MI. nō malū quidē. DE.
Puer natus est. MI. Dii bene uortant. DE. Virgo nihil habet.
MI. Audiui. DE. & ducenda indotata est? MI. scilicet.
De. quid nunc futurum est? MI. id enim quod res ipsa fert.

Illinc huc transferetur uirgo. De. o Iuppiter,
Istoccine pacto oportet fieri? MI. qd faciam amplius?
De. Quid facias rogitas? si non re ipsa tibi istuc dolet,
Simulare certe est hominis. MI. quin iam uirginem
Despondi, res composita est, fiunt nuptiæ,
Dempsi metū omnē, hæc magis sunt hoīs. De. cæterū
Placet tibi factum? MI. non, si queam
Mutare, nunc cum non quæo, æquo animo fero.
Ita uita est hominum, quasi cum ludas tesseris,
Si illud quod est maxume opus iactu, non cadit,
Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
De. Corrector nempe tua arte uiginti minæ
Pro psaltria periere, quæ quantum potest
Aliquo abiicienda est, si non precio, at gratis.
MI. Neq; est, neq; illam sane studio uendere. De.
Quid igitē facies? MI. domi erit. De. proh diuum fidem,
Meretrix, & materfamilias erit una in domo? MI.
Cur nō? De. sanū ne te credis esse? MI. equidē arbitror. De.
Ita me dii ament, ut uideo ego tuam ineptiam,
Facturum te credo, ut habeas qui cum cantites. MI.
Cur non? De. & noua nupta eadem hæc discet? MI. scilicet. De.
Tu inter eas restim ductitans saltabis? MI. probe.
Et tu nobiscum una, si opus sit. De. Hei mihi,
Non te hæc pudent? MI. iam uero omitte Demea
Tuam istanc iracundiam, atq; ita uti decet
Hilarem, ac lubentem fac te in nati nuptiis.
Ego hos cōueniam, post huc redeo. DE. O Iuppiter,

Hanccine uitam ꝛ hoscine mores ꝛ hanc dementiam ꝛ
Vxor sine dote ueniet, intus psaltria est.
Domus sumptuosa, adulescens luxu perditus.
Senex delirans, ipsa si cupiat Salus
Seruare prorsus non potest hanc familiam.

ACTVS QVINTVS.

SYRVS. DEMEA.

C Senarii.

Depol Syrisce te curasti molliter,
æ Lauteq; munus administrasti tuum.
Abi, sed postq̃ intus sum omnium rerum satur,
Prodeambulare huc, libitum est. DE. Illud sis uide
Exemplũ disciplinæ. Sy. Ecce autem hic adest senex
Noster, qd fit ꝛ qd tu es tristis ꝛ DE. Ohe sceius. Sy.
Eho, iam tu uerba fundis hic sapientia. DE.
Tu si meus esses. Sy. Dis quidem esses Demea,
Ac tuam rem cõstabilisses. DE. Exemplum oñibus
Curarem, ut esses. Sy. quã obrem ꝛ qd feci ꝛ DE. Rogas ꝛ
In ipsa turba, atq; in peccato maximo
Quod uix sedatum satis est, potasti scelus, quasi
Re bene gesta. Sy. Sane nollem hunc exitum.

DROMO. SYRVS. DEMEA.

C Senarii.

Eus heus Syre, rogat te Cthesipho ut redeas. Sy. Abi.
h DE. Quid Cthesiphonẽ hic narrat ꝛ Sy. nihil.
DE. eho carnufex est Cthesipho intus ꝛ Sy. Non est.
DE. cur hic noiat ꝛ Sy. est alius quidã parasitaster paruulus,

Nostin ꝛ DE. iam scibo. Sy. qd agis ꝛ quo abis ꝛ DE. mitte me. Sy.
Noli inquam. DE. non manum abstines mastigia ꝛ
An tibi mauis cerebrum dispergi hic ꝛ Sy. abiit
Edepol cõmessatorem haud sane commodũ
Præsertim Cthesiphoni, quid ego nunc agam ꝛ
Nisi dum hæ filescunt turbæ, interea in angulum
Aliquo abeam ꝛ atq; edormiscam hoc uilli ꝛ sic agam.

MITIO. DEMEA.

C Senarii omnes.

Arata a nobis sunt, ita ut dixi, Sostrata
p Vbi uis, quis nam a me pepulit tam grauiter fores ꝛ
DE. Hei mihi qd faciã ꝛ qd clamẽ ꝛ aut querar ꝛ
O cœlum, o terra, o maria Neptuni. MI. Hem tibi.
Resciuit omnem rem id nunc clamat scilicet,
Paratæ lites, succurrendum st. DE. Eccum adest
Communis corruptela nostrorum liberum. MI.
Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi. DE.
Repressi, redii, mitto maledicta omnia,
Rem ipsam putemus, dictum inter nos hoc fuit,
Ex te adeo est ortum, ne tu curares meum,
Neue ego tuum, respondes. MI. Factum est, non nego. DE.
Cur nunc apud te potat ꝛ cur recipis meum ꝛ
Cur emis amicam Mitio ꝛ nam qui minus
Mihi idem ius æquom st esse quid mecum tibi ꝛ
Quando ego tuum non curo, ne cura meum. MI.
Non æquom dicis. DE. nõ ꝛ MI. nam uetus uerbũ hoc qdem st,
Communia esse amicorum inter se omnia. DE.

Facete, nunc demum istæc nata oratio est. MI.
Auscultа paucis, nisi molestum est Demea,
Principio: si id te mordet: sumptum filii
Quem faciunt, quæso facito, hæc tecum cogites:
Tu illos tuos olim pro te tollebas tua,
Quod satis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum uxorem credidisti scilicet
Ductarũ, eandem illam rationem antiquã obtine,
Conserua, quære, parce, fac q̃ plurimum
Illis relinquas, gloriam tu istam tibi obtine.
Mea quæ præter spem eucnere, utantur sine.
De summa nihil decidet, quod hinc accesserit,
Id de lucro putato esse. omnia hæc si uoles
In animo uere cogitare Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempseris molestiam. De.
Mitto rem, consuetudinem ipsorum. MI. mane,
Scio, istuc ibam, multa in homine Demea
Signa insunt, ex quibus coniectura facile fit,
Duo cum idem faciunt, sæpe ut possis dicere
Hoc licet impune facere huic, illi non licet.
Non quod dissimilis res sit, sed quod is qui facit,
Quæ ego esse in illis uideo ut cõfidam fore, ita
Vt uolumus, uideo, sapere, intellegere, eos in loco
Vereri, inter se amare, scire, esse liberum
Ingenium atq; animum, quo uis illos tu die
Reducas: at eũ metuas, ne ab re sint tamen
Omissiores paulo, o noster Demea

Ad omnia alia ætate sapimus rectius,
Solum unũ hoc uitium affert senectus hominibus
Attentiores sumus ad rem omnes, q̃ sat est.
Quod illos sat ætas acuet. De. ne nimium modo
Bonæ tuæ istæ nos rationes Mitio,
Et tuus iste animus æquos subuortant. MI. tace,
Non fiet, mitte iam istæc, da te hodie mihi,
Exporge frontem. De. scilicet, ita tempus fert,
Faciundum est. cæterum rus tum filio
Cum prima luce ibo hinc. MI. immo de nocte censeo,
Hodie modo hilarũ fac te. De. & istam psaltriam
Vna illuc mecum hinc abstraham. MI. pugnaueris,
Eo pacto prorsum illic alligaris filium,
Modo facito, ut illam serues. De. ego istuc uidero,
Atq; illi fauillæ plena fumi, ac pollinis
Coquendo sit faxo, & molendo, præter hæc
Meridie ipso faciam, ut stipulam colligat,
Tam excoctã reddã atq; atrã, q̃ carbost. MI. placet,
Nunc mihi uidere sapere, atq; equidem filium
Tum etiã si nolit, cogas, ut cum illa una cubet. De.
Derides: fortunatus qui isto animo sies,
Ego sentio. MI. ah pergis ne? De. iam iam desino. MI.
I ergo intro, & cui opus est rei, ei hilarem hũc sumamus diem.

DEMEA SOLVS.

C Tetrametri.

Vnq̃ ita quisq̃ bene subducta ratiõe ad uitã fuit,
Quin res, ætas, atq; usus semper aliqd adportet noui,

Aliquid moueat,ut illa,quæ te scire credas,nescias,
Et quæ tibi putaris prima,in experiendo repudies.
Quod mihi nũc euenit.nam ego uitã durã quãuixi usq; adhuc
Prope iam excurso spacio,mittõ id quã ob rem re ipsa repperi,
Facilitate homini nihil esse melius,neq; clementia,
Id esse uerum ex me,atq; ex fratre,cuiuis facile est noscere.
Ille suam semper egit uitam in ocio,in conuiuiis,
Clemens,placidus,nulli lædere os, arridere omnibus,
Sibi uixit,sibi sumptũ fœcit,omnes benedicunt,amant.
Ego ille agrestis,sæuus,tristis,parcus,truculentus,tenax
Duxi uxorem,quam ibi miseriam non uidi? nati filii
Alia cura porro aũt dum studeo illis,ut q̃ plurimũ
Facerem,cõtriui in quærũdo uitam,atq; ætatem meam.
Nunc exacta ætate,hoc fructi pro labore ab his fero,
Odium.ille a ter sine labore patria pot.t commoda.
Illum amant,me fugitant: illi credũt consilia omnia,
Illum diligũt,apud illum sunt ambo, ego desertus sum,
Illum ut uiuat optant,meam aũt mortem expectãt.scilicet
Ita eos meo labore eductos maximo, hic fœcit suos
Paulo sumptu.miseriã omnẽ ego capio, hic potit gaudia.
Age age,nũc experiamur cõtra hæc quid ego possiem,
Blande dicere,aut benigne facere quãdo eo puocat,
Ego quoq; a meis me amari & magnipendi postulo.
Si id fit dando atq; obsequẽdo,non posterioris feram,
Decrit,id mea minime refert, qui sum natu maximus.

SYRVS. DEMEA.

¶ Trimetri.

Eus Demea rogat frater ne abeas longius. DE.
h Quis homo? O Syre noster salue,qd fit? qd agit? Sy.
Recte. DE. optimest.iam nũc hæc tria primũ addidi
Præter naturam,o noster, quid fit? quid agitur?
Seruom haud illiberalem præbes te,& tibi
Lubens bene faxim. SY.gratiam habeo. DE. Atqui Syre
Hoc uerumst,& ipsa re experiere propediem.

GETA. DEMEA.

¶ Eiusdem rationis.

Era ego hinc ad hos profisam,q̃ mox uirginem
h Accersant.sed eccũ Demeam,saluus sies. DE.
Oh,qui uocare? GE. Geta. DE. Geta,maxumi
Precii esse te hominem iudicaui animo meo hodie.
Nam is mihi est profecto seruus spectatus satis,
Cui dominus curæst,ita ut tibi sensi Geta,
Et tibi ob eam rem,si quid usus uenerit
Lubens bene faxim,meditor esse affabilis,
Et bene procedit. GE. Bonus es,cum hæc existimas.
DE. Paulatim plebem primulũ facio meam.

AESCHINVS. DEMEA. SYRVS. GETA.

¶ Eiusdem numeri.

Ccidunt me quidem,dum nimis sanctas nuptias
o Student facere, in apparando totũ cõsumũt diem.
DE. Quid agit Aeschine? AE. hẽ pr mi, tu hic eras?
DE. Tuus hercle uero,& animo,& natura pater,
Qui te amat plus q̃ hosce ocłos: sed cur non domũ quæso
Vxorem accersis? AE. Cupio,uerum hoc mihi mora est,

Tibicina,& hymenæum qui canat. DE. Eho
Vin tu huic ſeni auſcultare? AE. Quid? DE. Miſſa hæc face,
Hymenæum, turbam, lampadas, & tibicinas,
Atq; hanc in horto maceriam iube dirui
Quantū poteſt, hanc tranſfer, unam fac domū,
Traduc & matrem & familiam omnem ad nos. AE. Placet
Pater lepidiſſime. DE. Euge iam lepidus uocor,
Fratris ædes fient peruiæ, turbam domū adducet,
Et ſumptum admittet, multa, quid mea?
Ego lepidus ineo gratiam. iube nunciam
Dinumeret Babylo ille uiginti minas.
Syre ceſſas ire ac facere? Sy. Quid agam? DE. Dirue
Tu illas, abi & traduce. GE. Dii tibi Demea
Benefaciant, cum te uideo noſtræ familiæ
Tam ex animo factum uelle. DE. Dignos arbitror.
Quid tu ais? AE. Sic opinor. DE. Multo rectius eſt,
Quam illam puerperam nunc duci huc per uiam
Aegrotā. AE. Nihil eñ uidi melius mi pater.
DE. Sic ſoleo, ſed eccum Mitio egreditur foras.

MITIO. DEMEA. AESCHINVS.

C Trimetri, & Tetrametri mixti.

Vbet frater? ubi is eſt? tu ne iubes hoc Demea? DE.
I Ego uero iubeo, & in hac re, & aliis omnibus
Quam maxume unam facere nos hanc familiam,
Colere, adiuuare, adiungere. AE. Ita quæſo pater.
MI. Haud aliter cenſeo. DE. Immo hercle ita nobis decet
Primū huius uxoris eſt mater. MI. eſt, quid poſtea? DE.

Proba & modeſta. MI. ita aiunt. DE. natu grandior. MI.
Scio. DE. parere iam diu per annos hæc nō poteſt,
Nec q eā reſpiciat qſq; eſt, ſola eſt. MI. quā hic rem agit? DE.
Hanc te æquū eſt ducere, & te operā ut fiat dare. MI.
Me ducere aūt? DE. te. MI. me? DE. te inq̄. MI. ineptis.
DE. Si tu iis homō, dic faciat. AE. mi pater. MI. qd tus?
Huic aſine auſcultas? DE. nihil agis, fieri aliter
Nō pōt. MI. deliras. AE. ſine te exorem mi pater. MI.
Inſanis? aufer te. DE. age, da uenia qſo filio. MI. ſatin ſanus es? ego
Nouus marituſ anno demū quinto & ſexageſimo
Fiam, atq; anū decrepitā ducā? id ne eſtis autores mihi? AE.
Fac, pmiſi ego illis. MI. pmiſiſti aūt? de te largitor puer. AE.
Age, qd, ſi qd te maius oret? MI. quaſi hoc nō ſit maximū. DE.
Age, da uenia. AE. ne grauere. DE. fac, pmitte. MI. nō omittis?
AE. Nō, niſi exore. MI. uis eſt hæc qdē. DE. age, plixe Mitio.
MI. Et ſi hoc mihi prauū, ineptū, abſurdū, atq; alienū a uita mea
Videatur, ſi uos tātopere iſtuc uultis, fiat. AE. bene facis,
Merito te amo. DE. uerū qd ego dicā, hoc cū fit qd uolo?
Quid nūc? qd reſtat? Hegio is eſt cognatus proxumus,
Affinis nobis, pauper, bene uos aliqd facere illi decet. MI.
Quid facere? DE. agelli hic ſub urbe eſt paululū, qd locitas foris.
Huic demus qui fruat. MI. paululū id aūt? DE. ſi multū ſit
Faciundū eſt pro patre huic eſt, bonus eſt, noſter eſt, recte dat.
Poſtremo nō meū illud uerbū facio, quod tu Mitio
Bene & ſapienter dixti dudū: uitiū Cōmune omniū eſt,
Quod nimiū ad rem in ſenecta attēti ſumꝰ. hac macula nos decet
Effugere, dictum eſt uere, & reipſa fieri oportet.

MI. Quid istuc? dabitur quidem, quando hic uolt. AE.
Mi pater. DE. nunc tu mihi es germanus, pariter
Corpore & animo. MI. Gaudeo. DE. suo sibi hunc gladio iugulo.

SYRVS. DEMEA. MITIO. AESCHINVS.

¶ Tetrametri mixti, Et primus superiori cõiungit.

Actum st quod iussi Demea.
DE. frugi hõ es, edepol hodie mea quidẽ sententia,
Iudico Syrũ fieri esse æquũ liberũ. MI. istũc liberũ?
Quod nam ob factũ? DE. multa. Sy. o noster Demea, edepol uir
Ego istos uobis usq; a pueris curaui ambos sedulo, (bonus es.
Docui, monũi, bene præcepi semper que potui omnia.
DE. Res apparet, & quidẽ porro hæc obsonare, cum fide
Scortum adducere, apparare de die conuiuiũ.
Nõ mediocris homis hæc sunt officia. Sy. o lepidũ caput.
DE. Postremo hodie in psaltria cum ũda, hic adiutor fuit,
Hic curauit omnia, prodesse æquum est, alii meliores erunt.
Denig; hic uolt fieri. MI. uni tu hoc fieri? AE. cupio.
MI. si qdẽ tu uis. Syre eho accede huc ad me, liber esto. SI. bñ facis,
Omnibus gratiã habeo, & seorsum tibi præterea Demea. DE.
Gaudeo. AE. & ego. Sy. credo, utinã hoc perpetuũ fiat gaudiũ,
Phrigiã ut uxorẽ meã, una mecũ uideã liberã. DE.
Optima quidẽ mulierẽ. Sy. equidẽ tuo nepoti huius filio,
Hodie primã mammã dedit hæc. DE. herde uero sero
Siqdẽ primã dedit, haud dubiũ quin emitti æquũ siet. MI.
Ob eam rem? DE. ob eam, postremo a me argẽtũ qti e sumito. Sy.
Dii tibi Demea oro omnes semper omnia optata offerant.
MY. Syre, pcessisti hodie pulchre. DE. Siquidem porro Mitio

Tu tuum officium facies, atq; huic paululũ præmanu
Dederis unde utatur, reddet tibi cito. MI. istoc uilius.
AE. Frugi homo est. Sy. Reddam hercle, da modo.
AE. Age pater. MI. Post consulam, DE.
Faciet. Sy. o uir optime. AE. O mi pater festiuissime. MI.
Quid istuc? quæ res tam repente mores mutauit tuos?
Quod pluuiũ? quæ istæc subita est largitas? DE. Dicã tibi,
Vt id ostenderẽ, quod te isti facilem, & festiuũ putant,
Id non fieri ex uera uita, neq; adeo ex æquo & bono,
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo Mitio.
Nunc adeo si ob eam rem uobis mea uita inuisa est Aeschine,
Quia non ista prorsus iniusta omnia omnino obsequor,
Missa facio, effundite, emittite, facite quod uobis lubet
Sed si id uultis potius, quæ uos propter adulescentiã
Minus uidetis, magis impense cupitis, consulitis parum,
Hæc reprehẽdere, & corrigere me, & obsecũdare in loco,
Ecce me qui id faciam uobis. Ae. Tibi pater permittimus
Plus scis quid facto opus est, sed de fratre quid fiet? DE. Sino
Habeat, in istac finem faciat. AE. Istuc recte.

VOS VALETE ET PLAVDITE.

FINIS ADELPHORVM.

FABVLAE SEQVENTIS INTERLOCVTORES.

Syra
- Philotis meretrix
- Syra anus.
- Parmeno seruus.
- Laches senex.
- Sostrata mulier.
- Phidippus senex.
- Pamphilus adulescens
- Myrrhina mulier
- Sosia seruus.
- Bacchis meretrix.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS SEXTO IVLIO. CN. Cornelio Dolobella Aedibus curulib⁹. modos fœcit Flaccus Claud, Tibiis paribus. tota græca Menandri facta é, acta primo ſine, plogo. data ſecudo. Cn. Octauio T. Manlio Coſs. relata eſt. L. Aemilio Paulo ludis Funeralib. nó é placita. Tertio relata. Q. Fuluio. L. Marco ædilib⁹ curulib⁹. egit. L. Ambiuius. L. Sergius Turpio, Placuit.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

¶ Senarii.

Xorem duxit Pamphilus Philomenam,
Cui quondam ignorans uirgini uitium obtulit.
Eiuſq; per uim quem detraxit anulum
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ.
Dein profectus in Imbrũ eſt, nuptã haud attigit.
Hanc mater utero grauidam comperit,
Vt ægram ad ſe tranſfert: reuenit Pamphilus,
Deprehendit, partum cælat, uxorem tamen
Recipere non uolt, pater incuſat Bacchidis
Amorem, dum ſe purgat Bacchis, anulum
Mater uitiatæ forte agnoſcit Myrrhina.
Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

PROLOGVS.

¶ Eiuſdem rationis.

Ecyra eſt huic nomen fabulæ, hæc cum data eſt
Nouã, nouum interuenit uitium, & calamitas,
Vt neq; ſpectari, neq; cognoſci potuerit.
Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo

Animum occuparat, nunc hæc plane eſt pro noua.
Et is qui ſcripſit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, ut iterum poſſit uendere,
Alias cognoſtis eius, quæſo hanc noſcite.
Orator ad uos uenio ornatu prologi,
Sinite exorator ſim, eodem ut iure uti ſenem
Liceat, quo iure ſum uſus aduleſcentior,
Nouas qui exactas fœci ut inueterascerent,
Ne cum poeta ſcriptura euaneſceret.
In his quas primum Cęcilii didici nouas,
Partim ſum earum exactus, partim uix ſteti,
Quia ſciebam dubiam fortunam eſſe ſcœnicam,
Spe incerta certum mihi laborem ſuſtuli,
Eaſdem agere cœpi, ut ab eodem alias diſcerem
Nouas ſtudioſe, ne illum ab ſtudio abducerem.
Perfœci ut ſpectarentur: ubi ſunt cognitæ,
Placitæ ſunt. ita poetam reſtitui in locum
Prope iam remotum iniuria aduerſariorum
Ab ſtudio atq; ab labore, atq; ab arte muſica.
Quod ſi ſcripturam ſpreuiſſem in præſentia,
Et in deterrendo uoluiſſem operam ſumere,
Vt in otio eſſet, potius q̃ in negotio,
Deterruiſſem facile, ne alias ſcriberet.
Nunc quid petam mea cauſa, æquo animo attendite.
Hecyram ad uos refero, quam mihi per ſilentium
Nunq̃ agere licitum eſt, ita eam oppreſſit calamitas,
Eam calamitatem ueſtra intelligentia

Sedabit, si erit adiutrix nostræ industriæ,
Cum primum eam agere cœpi, pugilum gloria,
Funambuli eodem accessit expectatio,
Comitum conuentus, strepitus, clamor mulierum
Fœcere, ut ante tempus exirem foras.
Vetere in noua cœpi uti consuetudine,
In experiundo ut essem, refero denuo.
Primo actu placeo, cum interea rumor uenit
Datum iri gladiatores, populus conuolat,
Tumultuant', clamant, pugnant de loco.
Ego interea meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla est, ocium, & silentium est,
Agendi tempus mihi datum est, uobis datur
Potestas condecorandi ludos scænicos.
Nolite sinere per uos artem musicam
Recidere ad paucos, facite ut uestra authoritas
Meæ autoritati fautrix, & adiutrix siet,
Si nunq̃ auare statui pretium arti meæ,
Et eum esse quæstum, in animum induxi meum,
Quam maxime seruire uostris commodis,
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium suum, & se in uestram commisit fidem.
Ne eum circumuentũ inique iniqui irrideant.
Mea causa causam hanc accipite: & date silentium,
Vt libeat scribere aliis, mihiq; ut discere
Nouas expediat posthac pretio emptas meo.

ACTVS PRIMVS.

PHILOTIS MERETRIX. SYRA ANVS.

C Senarii.

Er pol, q̃ paucos reperias meretricibus
p Fideles euenire amatores Syra,
Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi
Quam sancte, ut quiuis facile posset credere,
Nunq̃ illa uiua ducturum uxorem domum.
En duxit. Sy. ego propterea te sedulo
Et moneo, & hortor, ne cuiusq̃ te misereat,
Quin spolies, mutiles, laceres quemq; nacta sis. Ph.
Vt in eximiũ neminẽ habeam? Sy. Neminem,
Nam nemo illorum quisq̃ scito ad te uenit,
Quin ita paret sese, abs te ut blanditiis suis,
Quam minimo pretio suam uoluptatem expleat.
Hiscine tu amabo non contra insidiabere? PH.
Tamen eandem pol esse omnibus iniurium est. Sy.
Iniurium est autem ulcisci aduersarios?
Aut qua uia captent te illi, eadem ipsos capi?
Eheu me miseram, cur non aut istæc nunc mihi
Aetas & forma est, aut tibi hæc sententia?

PARMENO. PHILOTIS. SYRA.

C Senarii.

Enex si quæret me modo, isse dicito
ſ Ad portum percontatum aduentum Pamphili.
Audin quid dicam Syre? si quæret me, uti
Tum dicas, si non quæret, nullus dixeris.
Alias ut uti possem caussa hac integra,

Sed uideon ego Philotim? unde hæc aduenit?
Philotis salue multum. PH. O salue Parmeno. Sy.
Salue mi ecastor Parmeno. PAR. Et tu ædepol. Sy.
Dic mihi Philotis, ubi te oblectasti tam diu? PH.
Minime equidem me oblectaui, quæ cum milite
Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo,
Biennium ibi perpetuũ misera illum pertuli. PAR.
Aedepol te desyderium Athenarum arbitror
Philotim cœpisse sæpe, & te tuum
Consilium contempsisse. PH. Non dici potest,
Quam cupida eram huc redeundi, & abeundi a milite,
Vosq; hic uidendi, antiqua ut consuetudine
Agitarem inter uos libere conuiuium.
Nam illic haud licebat nisi præfinito loqui
Quæ illi placerent. PAR. Haud opinor commode
Finem statuisse orationi militem. PH.
Sed qd hoc negoti est? modo quæ hæc narrauit mihi?
Hic intus Bacchis? quod ego nunq; credidi
Fore, ut hac ille uiua posset animum inducere
Vxorẽ habere. PAR. habere aũt, PH. cho tu an nõ habet? PAR.
Habet, sed fiemæ hæ uereor ut sint nuptiæ. PH.
Ita dii deæq; faxint, si in rem est Bacchidis.
Sed q istuc credam ita esse? dic mihi Parmeno. PAR.
Non opus est prolato, hoc percontarier
Desiste. PH. nempe ea caussa ut ne id fiat palam,
Ita me dii bene ament, haud propterea te rogo
Vt hoc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam. PAR.

Nunq; dices tam cõmode, ut tergum meum
Tuam in fidem cõmittam. PH. Ah, noli Parmeno,
Quasi tu non multo malis narrare hoc mihi
Quam ego quæ perconter, scire. PAR. uera hæc prædicat,
Et illud mihi maximum uitium est, si mihi fidem
Das, te taciturum, dicam. PH. ad ingenium redis,
Fidẽ do, loq're. PAR. ausculta. PH. istic sum. PAR. hãc Bacchidẽ
Amabat ut cum maxime, tum Pamphilus
Cum pater uxorem ut ducat orare occipit,
Et hæc cõmunia omnium quæ sunt patrum
Se senem esse dicere, illum autem esse unicum
Præsidium uelle se senectuti suæ.
Ille primo se negare. sed postq; acrius
Pater instat, fecit animi ut incertus foret,
Pudori an ne amori obsequeretur magis,
Tundendo, atq; odio deniq; effecit senex,
Despondit ei gnatam huius uicini proximi.
Vsq; illud uisum est Pamphilo neutiq; graue,
Donec iam in ipsis nuptiis, postq; uidet
Paratas, nec moram ullam quin ducat dari.
Ibi demũ ita ægre tulit, ut ipsam Bacchidem
Si adesset, credo ibi eius commiseresceret,
Vbicunq; datum erat spacium solitudinis,
Vt colloqui mecum una posset Parmeno.
Perii, quid ego egi? in quod me conieci malum?
Non potero hoc ferre Parmeno, perii miser. PH.
At te dii deæq; perdãnt cum istoc odio Laches. PAR.

Vt ad pauca redeam, uxorem deducit domum.
Nocte illa prima uirginem non attigit,
Quæ consecuta est nox, eam nihilo magis. PH.
Quid ais? cum uirgine una adulescens cubuerit,
Plus potis se illa abstinere ut potuerit?
Non uerisimile dicis, nec uerum arbitror.
PAR. Credo ita uideri tibi: nam nemo ad te uenit
Nisi cupiens tui, ille inuitus illam duxerat.
PH. Quid deinde fit? PAR. diebus sane pauculis
Post, Pamphilus me solum seducit foras,
Narratq; ut uirgo a se integra etiam tum siet.
Seq; anteq; eam uxorem duxisset domum,
Speraſſe eas tolerare posse nuptias,
Sed quam decreuerim me non posse diutius
Habere, eam ludibrio haberi Parmeno.
Quin integram itidem reddam, ut accepi a suis,
Neq; honestum mihi, neq; utile ipsi uirgini est.
PH. Pium & pudicum ingenium narras Pamphili.
PAR. Hoc ego proferre incõmodũ esse mihi arbitror,
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas uitii
Superbum est, sed illam spero, ubi hoc cognouerit,
Non posse se mecum esse abituram deniq;.
PH. Quid interea? ibat ne ad Bacchidem? PAR. cottidie.
Sed ut fit, postq; hunc alienum ab se uidet
Maligna multo, & magis procax facta illico est.
PH. Non ædepol mirum. PAR. atqui ea res multo maxime
Disiunxit illum ab illa, postq; & ipse sese

Et illam, & hanc, quæ domi erat cognouit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum existimans.
Hæc ita uti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta, incommoda, atq; iniurias
Viri omnes ferre, & regere contumelias.
Hic animus partim uxoris misericordia
Deuinctus, partim uictus huiusce iniuriis,
Paulatim elapsus Bacchidi, atq; huic transtulit
Amorem, postq; par ingenium nactus est.
Interea in Imbro moritur cognatus senex
Horum, ad hos redibat lege hereditas,
Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.
Reliquit cum matre hic uxorem, nam senex
Rus abdidit se, huc raro in urbem commeat. PH.
Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ? PAR.
Nunc audies: primum dies compluſculos
Bene conueniebat sane inter eas, interim
Miris modis odisse cœpit Soſtratam,
Neq; lites erant ullæ inter eas, postulatio
Nunq;. PH. Quid igit? PAR. Si quando ad eam accesserat
Confabulatum, fugere e conspectu ilico,
Videre nolle. deniq; ubi non quiuit pati,
Simulat ea se a matre accersi ad rem diuinam, abiit.
Vbi illic dies est compluris, accersi iubet,
Dicere caussam, tunc nescio quam iterum iubet,
Nemo remisit. postq; accersiuit sæpius,
Aegram esse simulant mulierem, nostra ilico

Ie uisere ad eam, admisit nemo: hoc ubi senex
Resciuit, heri ea caussa rure huc aduenit,
Patrem continuo conuenit Philomenæ.
Quid egerint inter se, nondum etiam scio
Nisi sane mihi curæ est quorsum euenturum hoc siet.
Habes omnem rem, pergam quo cœpi hoc iter.
PH. Et quidem ego, nam constitui cum quodã hospite
Me esse illum conuenturam. PAR. Dii uortant bene
Quod agas. PH. Vale. PAR. Tu bene uale Philotis.

ACTVS SECVNDVS.

LACHES. SOSTRATA.

¶ Tetrametri Senarii, & septenarii nonnulli.

Roh deũ atq; hoim fidẽ, qd' hoc gen⁹ ẽrq̃ hæc iurato?
P Vt omes mulieres eadẽ æque studeãt, nolintq; oia,
Neq; declinatã qcq ab alia ingenio ulla reperias.
Itaq; adeo uno aio omnes socrus oderunt nurus.
Viris esse aduorsas æque studium est, similis pertinatia est,
In eodem omnes mihi uident ludo doctæ ad maliciam,
Et ei ludo si ullus est, magistram hanc esse satis certo scio. SO.
Me miserã, quæ, nunc quam ob rem accuser nescio. LA. Hem,
Tu nescis? SO. Non, ita me dii bene ament mi Laches.
Itaq; una inter nos agere ætatẽ liceat. LA. dii mala phibeãt. SO.
Meq; abs te immerito esse accusatũ postmodũ rescisces. SA. Scio,
Te immerito? an quicquã pro istis factis dignũ te dici põt,
Quæ me, & te, & familiã dedecoras, filio luctum paras?
Tum aũt ex amicis inimici, ut sint nobis affines, facis.
Qui illum decrerunt dignũ, suos cui liberos committerent,

Tu sola exorere, quæ perturbes hæc tua impudẽtia. SO. ego ne?
LA. Tu inquã mulier, quæ me oĩno sapidẽ, haud hoiem putas.
An quia ruri esse crebro soleo, nescire arbitramini
Quo quisq; pacto hic uitam uestrorum exigat?
Multo melius hic quæ fiunt, q̃ illic ubi sum assidue, scio.
Ideo, qa ut uos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.
Iampridẽ equidẽ audiui, cœpisse odiũ tui Philomenã.
Minimeq; adeo mirũ, & ni id fœcisset, magis mirum foret.
Sed nõ credidi adeo, ut etiam totã hanc odisset domũ,
Quod si scissem, illa hic maneret potius, tu hinc isses foras.
At uide quã immerito ægritudo hæc orit mihi abs te Sostrata.
Rus habitatũ abii, concedens uobis, & rei seruiens.
Sumptus uestros ociũq; ut nostra res posset pati,
Meo labori haud parcens, præter æquũ, atq; ætatem meam.
Non te pro his curasse rebus, ne quid ægre esset mihi? SO.
Non mea opera, neq; pol culpa euenit. LA. immo maxime.
Sola hic fuisti, in te oĩs hæret culpa, tu sola Sostrata
Quæ hic erant curares, cum ego uos solui curis cæteris.
Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factũ? SO. haud equidẽ dico mi Laches. LA.
Gaudeo (ita me dii ament) gnati caussa. nam de te quidem
Satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest.
SO. Qui scis an ea caussa mi uir, me odisse assimularit
Vt cũ matre una plus esset. LA. quid ais? non signi sat est,
Quod heri nemo uoluit uisentem te ad eam intromittere?
SO. Eam iam lassam oppido tũ aicbãt, eo ad eã nõ admissa sum.
LA. Tuos esse illi mores morbũ magis, q̃ ullã aliã rem arbitror.

Et merito adeo. nam ueſtrarum nulla eſt, quin gnatum uelit
Ducere uxorem, & quæ uobis placita conditio eſt, datur.
Vbi duxere impulſu ueſtro, ueſtro impulſu eaſdem exigunt.

PHIDIPPVS. LACHES. SOSTRATA.

℄ Tetrametri quadrati.

Tſi ſcio ego Philomena meum eſſe ius, ut te cogam
e Quæ ego imperé facere, ego tñ patrio anio uict9 faciã
Vt tibi concedam, neq; tuæ libidini aduerſabor.
LA. Atq; eccũ Phidippũ optume uideo, ex hoc iã ſcibo qd ſiet.
Phidippe, & ſi ego meis oñibus ſcio me eſſe apprime obſequentẽ,
Sed nõ adeo, ut facilitas mea illorũ corrũpat animos.
Quod ſi tu idẽ faceres, magis in rem & noſtrã & uoſtrã id eſſet.
Nunc uideo in illarũ poteſtate eſſe te. PH. Eia uero.
MA. Adii te heri de filia, ut ueni itidem incertũ amiſiſti.
Haud ita decet, ſi perpetuã uis eſſe affinitatem hanc.
Cælare te iras, ſi quid eſt peccatũ a nobis, profer,
Aut ea refellendo, aut purgãdo uobis corrigemus,
Te iudice ipſo. ſin ea eſt cauſſa retinẽdi apud uos,
Quia ægra eſt, te mihi iniuriã facere arbitror Phidippe.
Si metuis, ſatis ne ut meæ domi curetur diligenter.
At (ita me dii ament) haud tibi hoc cedo, & ſi illi pater es,
Vt tu illã ſaluã magis uelis, q̃ ego, id adeo gnati cauſſa,
Quem ego intellexi illã haud minus q̃ ſe iſm magnifacere.
Neq; adeo me clam eſt, q̃ eſſe eũ grauiter laturũ credã.
Hoc ſi reſciuerit, eo domũ, ſtudeo hæc priuſq̃ ille huc redeat. PH.
Laches, & diligentiã ueſtram, & benignitatem
Noui, & quæ dicis omnia eſſe ut dicis animum induco.

Et te hoc mihi cupio credere, i lam ad uos redire ſtudeo,
Si facere poſſim ullo modo. LA. Quæ res te facere id phibet?
Eho nunqd nam accuſat uirũ? PH. Minime. nam poſtq̃ attẽdi
Magis, & ui cœpi cogere ut rediret ſancte adiurat,
Non poſſe apud nos Pamphilo abſente perdurare.
Aliud fortaſſe aliis uitii eſt, ego ſum leni animo natus.
Nõ poſſum aduorſari meis. LA. Hem Soſtrata. SO. Heu me miſerã
LA. Certũ ne eſt iſtuc? PH. Núc qdẽ ut uideẽ, ſed nũc qd uis?
Nam eſt quod me ad forũ tranſire iam oportet. LA. Eo tecũ una.

SOSTRATA.

℄ Similes ſuperioribus.

Depol ne nos mulieres ſumus, æque oñes inuiſæ uiris
æ Propter paucas, q̃ oẽs faciũt, dignæ ut uideamur malo
Nã (ita me dii amẽt) qd̃me accuſat nũc uir, ſi extra
Sed nõ facile expurgatu, ita animũ induxerũt, ſocrus (noxa.
Oñeis eſſe iniq̃s, haud pol me quidẽ: nam nunq̃ ſecus
Habui illam, ac ſi ex me eſſet nata. nec q̃ hoc mihi eueniat ſcio,
Niſi pol filium multis modis iam expecto ut redeat domũ.

ACTVS TERTIVS.

PAMPHILVS. PARMENO.

℄ Tetrametri, Senarii, & Dimeter unus.

Emi ego plura acerba eẽ credo examore hoiunq̃ oblatã
n Quã mihi, heu me infœlicẽ, hãccíe ego uitã parſi pderẽ?
Haccine cauſa ego erã tãtopere cupidus redeũdi domũ?
Cui quãto fuerat præſtabilius, ubi uis gentiũ agere ætatem
Quã huc redire? atq; hæc ita eſſe miſerũ me reſciſcere?
Nam nos oñes, qbus eſt alicunde aliquis obiectus labos,

Omne quod eſt ínterea tempus,priuſq̃ id reſcitũ eſt,lucroſt.PA.
At ſit,citius qui te expedias his ærumnis reperias.
Si non rediſſes, hæ iræ factæ eſſent multo ampliores.
Sed nunc aduentũ tuum ambas Pãphile ſcio reuerituras.
Rem cognoſces,iram expedies,rurſum in gr̃am reſtitues.
Leuia ſunt hæc,quæ tu pergrauia eſſe in anímũ induxti tuum.
PAM.Quid cõſolare me? an qſq̃ uſq̃ gentiũ eſt æque miſer?
Priuſq̃ hanc uxorẽ duxi,habebã alibi animũ amori deditũ.
Iam in hac re ut taceam, cuiuis facile eſt ſcitu q̃ fuerim miſer.
Tamen nunq̃ auſus ſum recuſare eam,quã mihi obtrudit pater.
Vix me illinc abſtraxi,atq; impeditũ ín ea expediuí animũ meũ,
Vixq; huc cõtulerã,hé,noua res ortaſt,porro ab hac q̃ me abſtrahat
Tum matrẽ ex ea re aut me uxorẽ in culpa inuẽturũ arbitror.
Quod cũ ita eſſe inuenero,qd reſtat porro niſi ut fiam miſer?
Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet.
Tum uxori obnoxius ſum,ita olim ſuo me ingenio pertulit,
Tot meas iniurias quæ nunq̃ ullo patefœcit loco.
Sed magnũ neſcio quid neceſſe eſt eueniſſe Parmeno,
Vnde ira inter eas interceſſit,quæ tam permãſit diu.PAR.
Haud quidẽ hercle parumſt:ſi uis uerouerã rationẽ exeq
Non maxumas,quæ maxume ſunt interdũ iræ iniurias
Faciũt.nam ſæpe eſt in qbus rebus alius ne iratus qdem eſt,
Cum de eadem cauſſa eſt iracũdus factus inimiciſſimus.
Pueri inter ſeſe q̃ pro ſeuibus noxis hãs gerunt?
PAM.Quapropter? PAR.qa eñ q eos gubernat aĩm?, ĩfirmũ gerit.
Itidem illæ mulieres ſunt ferme,ut pueri,leui ſententia,
Forraſſe unũ aliquod uerbũ inter eas iram hanc cõciũerit.

PAM.Abi Parmeno intro,ac me ueniſſe nuncia.
PAR.hem qd hoc eſt? PAM.Tace. (dũ ad fores
PAR.Trepidari ſentio,& curſari ſurſum,rurſum deorſum.PA. age
Accede propius. PAR.hem ſenſiſtin? PAM. noli fabularier.
Proh Iuppiter clamorẽ audio.PAR.tute loqueris,me uetas?

MYRRHINA. PAMPHILVS. PARMENO.

Ace obſecro mea gnata.Pã.mĩis uox uiſaſt Philõenæ,
Nullꝰ ſũ. PAR.qd dũ? PAM.qa perii. PAR.quãobrẽ?
Pã.Neſcio qd magnũ malũ pfectõ Parmeno me cælas
Par.uxorẽ Philõenã pauitare,neſcio qd dixerit,id ſi forte ẽ neſcio
PAM.Interii,cur mihi id nõ dixti? PAR. qa nõ poterã una oĩa,
Pã.qd morbi ẽ? PAR. neſcio.PAM.qd? nemon medicũ adduxit?
PAR.Neſcio. PAM.
Ceſſo hinc ire intro,ut hoc q̃primũ qcqd eſt certũ ſciam,
Quo nam modo Philomena mea nunc te offendam affectam?
Nam ſi periculũ ullũ in te eſt,periſſe me una haud dubiũ eſt.
PAR.Non uſus facto eſt mihi nunc hunc intro ſequi.
Nam inuiſos omneis nos eſſe illis ſentio.
Heri nemo uoluit Soſtratam intro admittere,
Si forte morbus amplior factus ſiet,
Quod ſane nolim maxime heri cauſſa mei,
Seruom ilico introiſſe dicent Soſtratæ,
Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali,
Capiti atq; ætati illorum morbus qui auctus ſiet,
Hera in crimen ueniet,ego uero in magnũ malum.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILVS.

℄ Quadrati,& Septenarii penultima longa.

Escio qd iamdudũ hic audio tumultuari misera,
n Male metuo, ne Philõenæ magis morbꝰ aggraueſcat,
Quod te Aeſculapi, & te Salus, ne quid ſit huius, oro.
Nunc ad eã uiſam. PAR. heus Soſtrata. SO. hem. PAR. iterũ iſtinc excludere. SO.
Ehem Parmeno tun hic eras? perii, qd faciam misera?
Non uiſam uxorẽ Pãphili, cum in proximo hic ſit ægra?
PAR. Nõ uiſas, nec mittas quidẽ uiſendi cauſſa quenquã.
Nam qui amat cui odio ipſus eſt, bis facere ſtultꝛe dico.
Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert.
Tum aũt filius introiit uidere ut uenit quid agat. SO.
Quid ais? an uenit Pãphilꝰ? PAR. uenit. SO. diis habeo gras.
Hem iſtoc uerbo animus mihi rediit, & cura ex corde exceſſit.
PAM. Iam ea te cauſſa maxime me huc nũc introire nolo.
Nam ſi remittent quidpiam Philomenæ dolores,
Omnem rem narrabit ſcio cõtinuo ſola ſoli,
Quæ inter uos interuenit, unde ortum ſt initium iræ.
Atq; eccũ uideo ipm egredi, q̃ triſtis eſt. SO. o mi gnate. PAM.
Mea mater ſalue. SO. gaudeo ueniſſe te ſaluũ, ſaluan
Philomena eſt? PAM. meliuſcula eſt. SO. Vtinã iſtuc ita dii faxint
Quid tu igit lachrymas? qd es nũc tã triſtis? PAM. recte mater. SO.
Quid fuit tumulti dic mihi, an dolor repẽte iuasit? PAM. Ita factũſt.
SO. qd morbi eſt? PAM. febris. SO. cottidiana? PAM. ita aiunt.
I ſodes intro, cõſequar iam te mea mater. SO. fiat. PAM.
Tu pueris curre Parmeno obuiam, atq; his onera adiuta. PAR.
Quid? nõ ſatis ſciunt ipſi uiam domũ qua redeãt? PAM. ceſſas?

PAMPHILVS.

C Tetrametri, & Septenarii penultima longa, & Senarii pauci.

Equeo mearũ rerũ initiũ ullũ inuenire idoneũ.
n Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti acciderũt.
Partim quæ perſpexi his oc̃lis, partim q̃ accepi auribꝰ
Qua me propter exanimatũ citius eduxi foras.
Nam modo me intro ut corripui timidus, alio ſuſpicans
Morbo me uiſurũ affectam, ac ſenſi eſſe uxorem, hei mihi,
Poſtq̃ me aſpexere ancillæ adueniſſe, illico oñes ſimul
Lætæ exclamant, uenit, id quod me de repente aſpexerant.
Sed cõtinuo uoltũ earum ſenſi immutari omniũ,
Quod tam incõmode illis fors obtulerat aduentũ meũ,
Vna illarum forte interea, ppere præcurrit nuncians
Me ueniſſe, ego eius uidendi cupidus, recta conſequor.
Poſtq̃ introii, extemplo eius morbũ cognoui miſer.
Nam neq; ut cælari poſſet, tempus ſpaciũ ullum dabat,
Neq; uoce alia ac res monebat, ipſa poterit cõqueri.
Poſtq̃ aſpexi, oh facinus indignũ inquã, & corripui ilico
Me inde lachrumãs: incredibili re, atq; atroci percitus,
Mater cõſequit, iam ut limen exirem, ad genua accidit
Lachrumans miſera, miſertũſt, pfecto hoc ſic eſt ut puto,
Oñibus nobis, ut res dant ſeſe, ita magni atq; hũiles ſumus.
Hanc habere orationem mecum a principio inſtituit.
O mi Pãphile abs te quã ob rem hæc abierit cauſſam uides.
Nam uitiũ eſt oblatũ uirgini olim, ab neſcio quo improbo,
Nunc huc cõfugit, te atq; alios partũ ut cælaret ſuum.
Sed cũ orata eius reminiſcor, nequeo quin lachrumẽ miſer,
Quæq; fors fortuna eſt inqt, nobis quæ te hodie obtulit,

Per eam te obsecramus ambæ,si ius,si fas est,uti
Aduorsa eius per te tecta,tacitaq; apud omnes sient,
Si unq̃ erga te anio esse amico sensisti, eam mi Pamphile
Sine labore hanc gratiã te uti sibi des pro illa nunc rogat.
Cæterũ de reducenda id facias,quod in rem sit tuam.
Parturire eam,neq; grauidã esse ex te solus conscius.
Nam aiũt tecum post duobus cõcubuisse eam mensibus,
Tum postq̃ ad te uenit,mensis iam hic agit septimus.
Quod te scire ipsa indicat res:nunc si potis est Pamphile,
Maxime uolo,doq; operam,ut clam partus eueniat patrem,
Atq; adeo omnis.sed si non potest id fieri quin sentiant,
Dicam abortum esse,scio nemini aliter suspectum fore,
Quin quod uerisimile est,ex te recte eum natum putent.
Cõtinuo exponetur.hic tibi nihil est qcq̃ incõmodi,
Et illi miseræ indignæ factam iniuriam contexeris.
Pollicitus sum,& seruare in eo certum st qd dixi fidem.
Nam de reducenda id uero neutiq̃ honestũ esse arbitror,
Nec faciam,& si me amor grauiter,cõsuetudoq; tenet.
Lachrumo quæ post hac futura sit uita,cũ in mentẽ uenit
Solitudoq;.O fortuna ut nunq̃ perpetuo es bona.
Sed iam prior amor ad hanc rem excitatũ me reddidit,
Quem ego tum cõsilio missum fœci,idem nũc huic operã dabo.
Adest Parmeno cum pueris, hunc minime est opus
In hac re adesse.nam olim soli credidi
Ea me abstinuisse in principio cum data est,
Vereor si clamorem eius hic crebro exaudiat,
Ne parturire eam intelligat.aliquo mihi est

Hinc ablegandus, dum parit Philomena.

PARMENO. SOSIA. PAMPHILVS.

¶ Senarii.

In tu tibi hoc incõmodũ eueniſſe iter? SO.
a Non hercle Parmeno uerbis dici potest.
Tantum,q̃ re ipsa nauigare incõmodum st.
PAR. Ita ne est? SO. O fortunate,nescis quid mali
Præterieris,qui nunq̃ es ingressus mare.
Nam alias ut omittam miserias,unam hanc uide,
Dies triginta,aut plus eo,in naui fui,
Cum interea semper mortem expectabam miser,
Ita usq; aduorsa tempestate usi sumus.
PAR. Odiosum. SO. Haud clam me est, deniq; hercle aufugerim
Potius q̃ redeam, si eo nihil redeundũ sciam.
PAR. Olim te quidem causſæ impellebant leues,
Quod nunc minitare facere, ut faceres Sosia.
Sed Pamphilũ ipsum uideo stare ante hostium,
Ite intro,ego hunc adibo,si quid me uelit.
Here etiã tu nũc hic stas? PAM. ego q̃dẽ te expecto. PAR. qd est?
PAM. In arcẽ trãscurso op9 est. PAR. Cui homini? PAM. tibi. PAR.
In arcem? qd eo? PAM. Callidemidem hospitem
Myconiũ: qui mecũ una aduectus est: cõueni. PAR.
Perii, uouisse hunc dicam, si salus domum
Rediſſet unq̃,ut me ambulando rumperet. PAM.
Quid cessas? PAR. Quid uis dicã ran cõueniam modo? PAM.
Immo quod cõstitui me hodie cõuenturum cum
Non posse,ne me frustra illic expectet,uola. PAR.

At non noui hominis faciem. PAM. At faciam ut noueris,
Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius.
PAR. Cadaueroſa facies, dii illum perduint.
Quid ſi nõ ueniet, maneam ne uſq; ad ueſperum?
PAM. Maneto, curre. PAR. Non queo, ita defeſſus ſum.
PAM. Ille abiit, qd agam infœlix? prorſus neſcio
Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myrrhina,
Suæ gnatæ partum. nam me miſeret mulieris.
Quod potero faciã, tamen ut pietatem colam.
Nam me parenti potius, q̃ amori obſequi
Oportet, at at eccum Phidippum & patrem
Video, horſum pergũt, quid dicã hiſce incertus ſum.

LACHES. PHIDIPPVS. PAMPHILVS.

C Octonarii, Senarii, & Trochaici admixti.

Ixtin dudum dixiſſe illã ſe expectare filiũ? PH.
d Factũ. LA. ueniſſe aiũt, redeat. PAM. quã cãm dicã pñi
Quã obrẽ nõ reducã neſcio. La. quẽ ego hic audiui loq
PAM. Certũ obſirmare eſt uiã, me quã decreui perſeq.
LA. Ipſus eſt, de quo hoc agebã tecũ. PAM. Salue mi pater.
LA. Gnate mi ſalue. PH. Bene factũ te adueniſſe Pãphile.
Atq; adeo quod maximũſt, ſaluom atq; ualidũ. PAM. Credit.
LA. Aduenis mõ? PAM. Admodũ. LA. Cedo, qd reliqt Phania
Cõſobrinꝰ noſter? PAM. Sane hercle hõ uoluptati obſequẽs
Fuit dũ uixit, & q̃ſic ſunt, haud multũ heredẽ adiuuãt.
Sibi uero hanc laudẽ reliqt, uixit, dum uixit, bene. LA.
Tum tu igit nihil attuliſti huc plus una ſententia? PAM.
Quicqd eſt, id quod reliquit pfuit. LA. Immo obfuit.

Nam illũ uiuũ, & ſaluũ uellem. PH. Impune optare iſtuc licet,
Ille reuiuiſcet iam nunq̃, & tamen utrum malis ſcio. LA.
Heri Philomenã ad ſe accerſi hic iuſſit, dic iuſſiſſe te. PH.
Noli fodere latus, iuſſi. LA. Sed iam remittet eam. PH. ſcilicet. PA.
Omnẽ rem ſcio, ut ſit geſta, adueniens audiui oñia modo. LA.
At iſtos inuidos dii perdant, qui hæc libenter nũciant. PA.
Ego ſcio me cauiſſe, ne ulla merito contumelia
Fieri a uobis poſſet, idq; ſi nunc memorare hic uelim
Quam fideli animo & benigno in illam, & clementi fui,
Vere poſſim, ni te ex ipſa id magis uelim reſciſcere.
Namq; eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides,
Cũ illa quæ nũc in me iniqua eſt, æqua de me dixerit.
Neq; culpa hoc eueniſſe diſſiduũ mea, id teſtor deos.
Sed quando ſeſe indignam deputat matri meæ,
Cui cõcedat, cuiuſq; mores toleret ſua modeſtia,
Neq; alio pacto cõponi poteſt inter eas gratia,
Segregãda aut mater eſt a me Phidippe, aut Philomena.
Nunc me pietas matris potius cõmodũ ſuadet ſequi. LA.
Pamphile ad aures haud inuito ſermo mihi acceſſit tuus.
Cum poſt putaſſe oñes res te præ parente intelligo.
Verum uide ne impulſus ira praue inſiſtas Pamphile. PAM.
Quibus iris impulſus nunc in illam iniquus ſim?
Quæ nunq̃ quicq̃ erga me commeritaſt pater?
Quod nõllem, & ſæpe quod uellem meritam ſcio,
Amoq;, & laudo, & uehementer deſydero.
Nam fuiſſe erga me miro ingenio expertus ſum,
Illiq; exopto, ut reliquam uitam exigat

Cum eo uiro, me qui sit fortunatior.
Quandoquidem illam a me distrahit necessitas. PH.
Tibi id in manu est ne fiat. LA. si sanus es satis,
Iube illam redire. PAM. non est cõsilium pater,
Matris seruibo cõmodis. LA. quo abis? mane,
Mane inq̃, quo abis? PH. quæ hæc est pertinacia? LA.
Dixin Phidippe hanc rem ægre laturum esse eum?
Quam ob rem te orabam, ut filiam remitteres. PH.
Non credidi ædepol adeo inhumanum fore,
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat,
Si est ut uelit reducere uxorem licet.
Sin alio est animo, renumeret dotem, huc eat. LA.
Ecce aũt tu quoq; pterue iracunduses. PH.
Percontumax redisti huc nobis Pamphile. LA.
Decedet iam ira hæc, & si merito iratus est. PH.
Quia paululum uobis accessit pecuniæ
Sublati animi adsunt. LA. etiam mecum litigas? PH.
Deliberetq̃, renuntietq̃ hodie mihi
Velit ne an non, ut alii, si huic non sit, siet. LA.
Phidippe ades, audi paucis, abiit, quid mea?
Postremo inter se transigant ipsi ut lubet,
Quando nec gnatus, neq̃ hic mihi quicq̃ obtemperant.
Quæ dico paruipendũt, porro hoc iurgium
Ad uxorem, cuius fiunt hæc consilio omnia.
Atq̃ in eam hoc omne quod mihi æger est, euomam.

ACTVS QVARTVS.

MYRRHINA. PHIDIPPVS.

C Trimetri, Tetrametri, & duo Dimetri,

Erii, qd agã? quo me uortã? qd meo uiro respondebo.
P Misera? nam audisse uocem pueri uisus est uagientis,
Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam,
Quod si resciuerit peperisse eam, id qua caussa clam me habuisse
Dicam, non ædepol scio.
Sed hostiũ cõcrepuit, credo ipm ad me exire, nulla sum. PH.
Vxor ubi me ad filiã ire sensit, seduxit foras, atq; eccam
Video, qd agis Myrrhina? heus tibi dico. MYR. mihi ne mi uir?
PH. Vir ego tuus sum? tu uirũ me aut hoiem deputas adeo esse.
Nam si utrũuis horũ mulier unq̃ tibi uisus forem,
Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. My. qbus?
PH. at rogitas? Peperit filia? hem taces?
Ex quo? My. istuc patrẽ rogitare est æquũ? perii, ex quo censes.
Nisi ex illo cui data est nuptum obsecro?
PH. Credo, neq; adeo arbitrari patris est aliter: sed demiror
Quid sit, quã ob rem tãtopere hũc omes nos celare uolueris
Partũ, præsertim cum & recte & tẽpore suo pepererit.
Adeon pernicaci esse animo, ut puerũ præoptares perire,
Ex quo firmiorẽ inter nos fore amicitiã posthac scires
Potius, q̃ aduersus animi tui libidinem esset cũ illo nupta?
Ego etiam illorũ esse hanc culpã credidi, quæ te est penes. MY.
Misera sum. PH. utinã sciã ita esse istuc, sed nũc mihi in mẽtẽ uenit
Ex hac re qd locuta es olim, cũ illũ generũ cœpimus.
Nam negabas nuptam filiam tuam posse te pati
Cum eo, qui meretricẽ amaret, & qui pernoctaret foris. MY.
Quamuis caussam hũc suspicari, q̃ ipsam ueram uolo. PH.

Multo prius ſciui, q̃ tu illum amicam habere Myrrhina.
Verum id uitium nunq̃ decreui eſſe ego aduleſcentiæ,
Nam id omnibus innatũſt. at pol iã aderit tẽpus ſe quoq; cũ oderit.
Sed ut olim te oſtẽdiſti eandẽ eſſe, nihil ceſſauiſti uſq; adhuc,
Vt filiã ab eo abduceres, neu qd ego egiſſem eſſet ratũ,
Id nũcres indiciũ hæc facit, quo pacto factũ uolueris. My.
Adeon me eſſe peruicacem cenſes cui mater ſiem,
Vt eo eſſem animo, ſi ex uſu eſſet nro hoc matrimoniũ? PH.
Tunc pſpicere, aut iudicare noſtrã in rem quod ſit potes?
Audiſtin ex aliquo fortaſſe qui uidiſſe eum diceret
Exeuntem, aut introeuntẽ ad amicam? quid tum poſtea?
Si modeſte ac raro hæc facit, nonne ea diſſimulare nos
Magis humanũ eſt, q̃ dare operã id ſcire, qui nos oderit?
Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe repente auellere,
Qua cum tot cõſueſceret annos, non cum hoiem ducere,
Nec uirũ ſatis firmũ gnatæ. My. mitte aduleſcentẽ obſecro,
Et quæ me peccaſſe ais, abi, ſolum ſolus cõueni,
Roga, uelit ne an non uxorem: ſi eſt, ut dicat uelle ſe,
Redde: ſin eſt aũt ut nolit, recte cõſului meæ gnatæ. PH.
Siquidẽ ille ipſe nõ uolt, & tu ſenſiſti eſſe in eo Myrrhina
Peccatũ, aderam cuius cõſilio ea par fuerat proſpici.
Quam ob rẽ incẽdor ira, te eſſe auſam facere hæc iniuſſu meo.
Interdico tibi, ne extuliſſe extra ædeis puerũ uſq; uelis.
Sed ego ſtultior meis dictis, qui parere hanc qui poſtulem,
Ibo intro, atq; edicã ſeruis, ne quoq; efferri ſinant. My.
Nullam pol credo mulierem me miſeriorem uiuere,
Nam ut hic laturus hoc ſit, ſi ipſam rem ut ſiet reſciuerit,

Non ædepol clam me eſt, cũ hoc qd leui9 ſit tã anio iracũdo tulit,
Nec qua uia ſententia eius mutari poſſit ſcio.
Hoc mihi unũ ex plurimis miſeriis reliquum fuerat malum,
Si puerũ ut tollam cogit, cuius nos qui ſit neſcimus pater.
Nam cum cõpreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci nõ qta eſt.
Neq; detractũ ei tum qcq̃ eſt, qui poſt poſſit noſcier q ſiet.
Ipſe eripuit ui, in digito quẽ habuit, uirgini abiens anulũ.
Simul uereor Pamphilũ, ne orata noſtra nequeat diutius
Celare, cum ſciet alienum puerum tolli pro ſuo.

SOSTRATA. PAMPHILVS.

℄ Tetrametri.

On clã me eſt mi gnate, tibi me eẽ ſuſpectã, uxorẽ tuã
Propter meos mores hic abiſſe, & ſi ea diſſimlas ſedulo.
Verũ ita me dii amẽt, itaq; obtigãt ex te q̃ opto mihi,
Vt nunq̃ ſciens cõmerui merito, ut caperet odiũ illa mei.
Teq;, anteq̃ me ualde amare rebar, ei rei firmaſti fidem.
Nam mihi intus tuus pater narrauit mõ, quo pacto me habueris
Præpoſitã amori tuo. nũc tibi me certũ eſt cõtra grãm
Referre, ut apud me præmiũ eſſe poſitũ pietati ſcias.
Mi Pãphile hoc nobis, & meæ cõmodũ famæ eſſe arbitror,
Ego rus abiturã hinc, cum tuo me eſſe certe decreui patre,
Ne mea præſentia obſtet, neu cauſſa ulla reſtet reliqua,
Quin tua Philomena ad te redeat. PA. quæſo qd iſtuc ꝓſilii eſt?
Illius ſtultitia uicta ex urbe, tu rus habitatũ migres?
Haud facies, neq; ſinã, ut qui nobis mater maledictũ uelit
Mea pertinacia dicat eſſe factum, haud tua modeſtia.
Tum tuas amicas te & cognatas deſerere, & feſtos dies

Mea cauſſa nolo. SO. nihil iam mihi iſtæc res uoluptatis ferunt.
Dum ætatis tẽpus tulit, perfuncta ſatis ſum, ſacietas iam me tenet,
Studiorũ iſtorũ. hæc mihi nũc cura eſt maxima, ut ne cui mea
Longinqtas ætatis obſtet, mortem ne exoptet meam.
Hic uideo me eſſe inuiſam immerito, tempus eſt cõcedere.
Sic optime (ut ego opinor) oĩes cauſſas præcidã omnibus,
Et me hac ſulpitione exoluam, & illis morem geſſero.
Sine me obſecro hoc effugere, uolgus qđ male audit mulierũ. PA.
Quam fortunatꝰ cæteris ſum rebus abſq; una hæc foret,
Hanc matrẽ habẽs talẽ, illã aũt uxorẽ. SO. obſecro mi Pãphile,
Non tute rem incõmodã ut quæq; eſt, in animũ inducas pati.
Si cætera ſunt ita ut tu uis, itaq; ut eſſe ego illam exiſtimo,
Mi gnate da ueniã hãc mihi, reduc illã. PA. ue miſero mihi. SO.
Et mihi qđẽ. nã hæc res nõ minꝰ me male habet, q̃ te gnate mi.

LACHES. SOSTRATA. PAMPHILVS.

℄ Octonarii, & quidam Quadrati.

Vẽ cũ iſtoc ſeẽonẽ habueris, ꝓcul hĩc ſtãs accepi uxor.
Iſtuc eſt ſapere, q ubicũq; opꝰ ſit, animũ poſſis flectere,
Qđ faciũdũ fortaſſe ſit poſt, idẽ hoc nũc ſi feceris. SO.
Fors fuat pol. LA. Abi rus ergo hinc, ibi ego te, & tu me feres. SO.
Spero ecaſtor. LA. I ergo intro, & cõpone quæ ſimul tecum
Ferant, dixi. SO. Ita ut iubes faciã. PAM. Pater. LA.
Quid uis pãphile? Pã. hĩc abire mẽ me mĩme. La. qd ita iſtuc uis? P.
Quia de uxore incertꝰ ſum etiã qd ſim facturꝰ. LA. qd eſt?
Quid uis facere, niſi reducere? PAM. eqdẽ cupio, & uix cõtineo.
Sed nõ minuã meũ cõſiliũ, ex uſu quod eſt id perſequar.
Credo ea gra cõcordes magis, ſi non reducam, fore. LA.

Neſcias, nequeas, uerum id tua refert nihil, utrum illæ fœcerint.
Quando hæc abierit, odioſa hæc eſt ætas aduleſcentulis.
E medio æquũ eſt excedere: poſtremo iam nos fabulæ ſumus
Pamphile, ſenex, atq; anus. ſed uideo Phidippũ per tẽpus egredi,
Accedamus.

PHIDIPPVS. LACHES. PAMPHILVS.

℄ Senarii.

Ibi quoq; ædepol ſum iratus Philomena
Grauiter quidẽ. nam hercle abs te factum ſt turpiter.
Et ſi tibi cauſſa eſt de hac re mater quæ te impulit,
Huic uero nulla eſt. LA. Opportune te mihi
Phidippe in ipſo tempore oſtendis. PH. Quid eſt? PAM.
Quid reſpondebo his? aut quo pacto hoc aperiam? LA.
Dic filiæ rus conceſſuram hinc Soſtratam,
Ne reuereatur minus iam quo redeat domũ. PH. Ah,
Nullam de his rebus culpam cõmeruit tua,
A Myrrhina hæc ſunt mea uxore exorta omnia,
Mutatio ſit, ea nos perturbat Laches. PAM.
Dum ne reducam, turbent porro q̃uelint. PH.
Ego Pamphile eſſe inter nos ſi fieri poteſt
Affinitatem hanc ſane perpetuam uolo,
Sin eſt, ut aliter tua ſiet ſententia,
Accipias puerum. PA. Senſit peperiſſe, occidi. LA.
Puerum? quem puerũ? PHI. Natus eſt nobis nepos,
Nam abducta a uobis pregnans fuerat filia,
Neq; fuiſſe pregnantem unq̃ ante hanc ſciui diem. LA.
Bene (ita me dii ament) nuncias, & gaudeo

Natum illum,& illam ſaluam. ſed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Nos ne hoc celato tam diu, nequeo ſatis
Quam hoc mihi uidet factum praue proloqui. PH.
Non tibi illud factum minus placet,q̃ mihi Laches. PA.
Et ſi iamdudum fuerat ambiguum hoc mihi,
Nunc non eſt,cum eam iam conſequitur alienus puer. LA.
Nulla tibi Pamphile hic iam conſultatio eſt. PA.
Perii. LA. hunc uidete ſæpe optabamus diem,
Cum ex te eſſet aliquis,qui te appellaret patrem,
Euenit,habeo gratiam diis. PAM. nullus ſum. LA.
Reduc uxorem,ac noli aduorſari mihi. PAM.
Pater ſi illa liberos ex me uellet ſibi,
Aut ſe eſſe mecum nuptam,ſatis certo ſcio
Non me clam haberet,quæ celaſſe intellego.
Nunc cum eius alienum eſſe a me animũ ſentiam,
Nec cõuenturum inter nos poſthac eſſe arbitror,
Quam ob rem reducã? LA. Mater quod ſuaſit ſua,
Adoleſcens mulier fœcit,mirandum ne id eſt?
Cenſen te poſſe reperire ullam mulierem
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt uiri? PH.
Voſmet uidete iam Laches, & tu Pamphile,
Remiſſam opus ſit uobis, an reducta domum?
Vxor quid faciat in manu non eſt mea.
Neutra in re uobis difficultas a me erit.
Sed quid faciemus de puero? LA. Ridicule rogas,
Quicquid futurum ſt huic,reddas ſuum ſcilicet,

Vt alamus noſtrum. PAM. quem ipſe neglexerit pater,
Ego alam? LA. Quid dixti,eho an non alemus Pãphile?
Prodemus quæſo potius, quæ hæc amentia eſt?
Enimuero prorſus iam tacere nequeo,
Nam cogis ea quæ nolo, ut præſente hoc loquar,
Ignarum cenſes tuarum lacrumarum eſſe me?
Aut quid ſit hoc quod ſollicitare ad hunc modũ?
Primum ubi hanc dixi cauſſam, te propter tuam
Matrem non poſſe habere hanc uxorem domi,
Pollicita eſt ea te conceſſuram ex ædibus,
Nunc poſtea demptã quoq; hanc tibi cauſſam uides,
Puer quia clam te natus eſt,nactus alteram es.
Erras tu animi ſi me eſſe ignarum putas.
Aliquãdo tandem hũc animũ ut adiungas tuum,
Quam longũ ſpatiũ amandi amicam tibi dedi?
Sumptus quos fœciſti in eam,quã animo æquo tuli?
Ego, atq; oraui te,uxorem ut duceres,
Tempus dixi eſſe,impulſu duxiſti meo.
Quæ tum obſecutus mihi fœciſti ut decuerat.
Nunc animũ rurſum ad meretricem induxti tuum,
Cui tu obſecutus facias huic adeo iniuriam.
Nam in eandem uitam te reuolutum denuo
Video eſſe. PAM. me ne? LA. te ipm, & facis iniuriã
Cum fingis falſas cauſſas ad diſcordiam.
Vt tu cũ illa uiuas,teſtem hanc cũ abs te amoueris,
Senſitq; adeo uxor,nam ei alia cauſſa quæ fuit,
Quam ob rem abs te abiret? PH. plane hic diuinat,nã id eſt.

PAM. Dabo iusiurandum, nihil esse istorum tibi. LA. ah
Reduc uxorem, aut quam obrem non opus sit cedo.
PAM. Non est nunc tempus. LA. Puerũ accipias. nam is qdem
In culpa non est: post, de matre uidero.
PAM. Oñibus modis miser sum, nec quid agam scio,
Tot nunc me rebus miserum concludit pater.
Abibo hinc, præsens quando promoueo parum.
Nam puerum credo iniussu non tollent meo,
Præsertim in ea re cum sit mihi adiutrix Socrus.
LA. Fugis hem: nec qcq̃ certi respondes mihi?
Num tibi uidetur esse apud sese? sine
Puerũ Phidippe mihi, cedo, ego alam. PH. Maxume,
Non miram fœcit, uxor mea si hoc ægre tulit.
Amaræ mulieres sunt, non facile hæc ferunt.
Propterea hæc irasti. nam ipsa narrauit mihi,
Id ego præsente hoc tibi nolebam dicere
Neq; illi credebam primo, nunc uero palam st.
Nam oñino abhorrere animũ huic uideo a nuptiis. LA.
Quid ergo agam Phidippe? qd das consilii? PH.
Quid agas? meretricem hanc primũ adeundam censeo,
Oremꝰ, accusemꝰ grauius, deniq; minitemur, si cũ illo habuerit rẽ
Faciã ut mones, eho puer curre ad Bacchidẽ hanc (postea. LA.
Vicinam nostram, huc euoca uerbis meis,
Et te oro porro in hac re adiutor sis mihi. PH. ah,
Iam dudum dixi, idemq; nunc dico Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos uolo
Si ullo modo est ut possit, quod spero fore.

Sed uis me adesse una dum istam conuenis? LA.
Immo uero abi, aliquam puero nutricem para.

ACTVS QVINTVS.

BACCHIS. LACHES.

C Octonarii, & unus Dimeter catalecticus.

On hoc de nihilo ẽ, cp Laches nũc me puẽtã eẽ expetit.
n Nec pol me mltũ fallit, qn qd suspicor sit qd uelit. La.
Videndũ est ne minus ppter irã hãc impetrẽ q̃ possiẽ,
Aut ne qd faciã plus, quod post me minus fœcisse satius sit,
Aggrediar. Bacchis salue. BA. salue Laches. LA. Credo ædepol te
Non nihil mirari Bacchis, qd sit, quapropter te huc foras
Puerum euocare iussi. BA.
Ego pol quoq; etiã timida sum, cũ uenit mihi in mentẽ q̃ sim,
Ne nomen quæstus mihi obstet: nam mores facile tutor. LA.
Si uera dicis, nihil tibi pericli est a me mulier. nam
Iam ea ætate sum, ut nõ sit peccato mihi ignosci æquum.
Quo magis oñes res cautius: ne temere faciã: accuro.
Nam si id nũc facis, facturaue es, bonas qd par est facere, inscitũ
Offerre iniuriam tibi me immerenti iniquũ est. BA.
Est magna ecastor gratia de hac re quam tibi habeam.
Nam q post factã iniuriã se expurget, parũ mihi psit.
Sed qd istud ẽ? LA. meũ receptas filiũ ad te Pãphilũ. BA. Ah. LA.
Sine dicã, uxorẽ hanc priusq̃ duxit, uostrũ amorem pertuli.
Mane, nondũ etiã dixi id qd uolui, hic nunc uxorem habet.
Quære aliũ tibi amicũ firmiorẽ, dum tẽpus cõsulendi est.
Nam neq; ille hoc animo erit, neq; pol tu eadem istac ætate. BA.
Quis id ait? LA. socrus. BA. me ne? LA. teipsam, & filiã abduxit suã.

Puerumq; ob eam rem clam uoluit: qui natus est: extinguere. BA.
Aliud si scirem, qui firmare meam apud uos possim fidem,
Sanctius q̃ iusiurandũ id pollicerer tibi Laches,
Me segregatũ habuisse uxoré ut duxit a me Pamphilũ. LA.
Lepida es, sed scin qd uolo potius sodes facias? BA. qd uis cedo.
LA. Eas ad mulieres huc intro, atq; istuc iusiurandũ idem
Polliceare illis, exple animũ his, teq; hoc crimine expedi.
BA. Faciã, qd pol si esset alia ex hoc quæstu haud faceret scio,
Vt de tali caussa nuptæ mulieri se ostenderet.
Sed esse falsa fama nolo gnatum suspectum tuum.
Nec leuiorẽ uobis, quibus est minime equom uiderier
Immerito. nam meritus de me est, quod queã illi ut cõmodẽ.
LA. Facilẽ, bñuolũq; lingua tua iam tibi me reddidit.
Nam nõ sunt solæ arbitratæ hæ, ego quoq; hoc etiam credidi.
Nunc aũt cũ ego te esse præter nostrã opinionẽ cõperi,
Fac eadem ut sis, porro nostra utere amicitia ut uoles,
Aliter si facias: sed reprimã me, ne ægre qcq̃ ex me audias.
Verũ te hoc moneo unũ, qualis sim amicus, aut quid possiem
Potius q̃ inimicus periculũ facias. BA. Faciam sedulo.

PHIDIPPVS. LACHES. BACCHIS.

Septenarii, catalectici qdã, & unus dimeter catalecticus.

Ihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus sit
Benigne præbeatur.
Sed cũ tu satura atq; ebria eris, puer ut satur sit facito.

LA. Noster socer uideo uenit, puero nutricem adduxit.
Phidippe Bacchis deierat persancte. PH. Hæccine east? LA. Hæc est.
PH. nec pol iste metuũt deos, neq; has respicere deos opior. BA.

Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire,
Licet hæc res hic agitur, Pãphilo me facere ut redeat uxor
Oportet, quod si perficio, non pœnitet me famæ,
Solam fœcisse, quod aliæ meretrices facere fugitant.
LA. Phidippe, nostras mulieres suspectas fuisse falso
Nobis intus ipsa inuenimus, porro hanc nunc experiamur.
Nam si cõpererit, crimini tua se falso uxor credidisse,
Miffam iram faciet. sin aũt est ob eam rem iratus gnatus
Quod peperit uxor clam, id leue est, cito ab eo hæc ira abscedet.
Profecto in hac re nihil mali est, qd̃ sit discidio dignũ. PH.
Velim quidẽ hercle. LA. exqre, adest, qd̃ satis sit, facit. BA. Faciã.
PH. Quid istæc mihi narras? an qa nõ tute ipse audisti dudũ,
De hac re aĩm2 me9 ut sit Laches, illis mõ exple aĩm ut credãt. LA.
Quæso ædepol Bacchis, qd̃ mihi es pollicita tute ut serues. BA.
Ob eam rem uis ut ego intro eam?
LA. I, atque exple animũ his, ut credant. BA.
Eo, & si scio pol his fore meũ cõspectũ inuisum hodie.
Nam nupta meretricj hostis est, a uiro ubi segregata est.
LA. At hæ amicæ erunt, ubi quã ob rem aduenerís rescíscent.
PH. Atq; easdẽ amicas fore tibi pmitto, rem ubi cognouerint,
Nam illas errore, & te simul suspitione exolues.
BA. Perii, pudet Philomenæ, sequimini me intro huc ambæ.
LA. Quid est quod mihi malim, quã quod huic intelligo euenire
Vt gr̃am ineat sine suo dispendio, & mihi una prosit?
Nam si est, ut hæc nũc Pamphilũ uere ab se segregarit,
Scit sibi nobilitatẽ ex eo, & rem natam & gloriam esse,
Referetq; gr̃am ei, unaque nos sibi opera amicos iunget.

T

PARMENO. BACCHIS.

¶ Septenarii.

Edepol ne meã herus esse operã deputat parui pcii,
Qui ob rem nullam misit frustra, ubi totũ desedi diẽ
Myconiũ hospitẽ dũ expecto in arce Calidemidem.
Itaq; ineptus hodie dum illic sedeo, ut quisq; uenerat
Accedebã, adulescens dic dum quæso es tu Myconius?
Nõ sum, at Callidemides nõ hospitẽ ecquem Paphilũ
Hic habes? omnes negabãt, neq; eũ quenq; esse arbitror.
Deniq; hercle iam pudebat, abii. sed quid Bacchidem
Ab nostro affine exeuntem uideo? quid huic hic est rei?
BA. Parmeno oportune te offers, ppere curre ad Pamphilũ.
PAR. Quid eo? BA. Dic me orare ut ueniat. PAR. Ad te?
PA. Immo ad Philomenam. PAR. Quid rei est?
BA. Tua quod nihil refert percontari desinas. PAR.
Nihil aliud dicam? BA. Etiã cognosse anulũ illũ Myrrhinã
Gnatæ suæ fuisse, quẽ ipsus mihi olim dederat. PAR. Scio,
Tm̃ ne est? BA. Tm̃, aderit ptinuo, hæc ubi ex te audierit.
Sed cessas? PAR. minime eqdẽ, nã hodie mihi ptãs haud datast,
Ita curlando, atq; ambulando totum hunc contriui diem.
BA. Quantã obtuli aduentu meo læticiam Pamphilo
Hodie? quot cõmodas res attuli? quot aũt ademi curas?
Gnatũ ei restituo, qui pene harũ ipsiusq; opera periit.
Vxorem, quã nunq; est ratus posthac se habiturũ, reddo.
Qua re suspectus suo patri & Phidippo fuit, exolui.
Hic adeo his rebus anulus fuit initium inueniundis.
Nam memini ab hinc menses decem fere ad me nocte prima

Confugere anhelantem domum, sine comite uini plenum
Cum hoc anulo, extimui ilico, mi Pamphile inq; amabo,
Quid exanimatus es obsecro? aut unde anulum istum nactus?
Dic mihi: ille alias res agere se simulare, postq; uideo
Nescio qd suspicarier, magis cœpi instare ut dicat.
Homo se fatet ui in uia uirginem nescio quam cõpressisse,
Dicitq; sese illi anulum dum luctat detraxisse.
Eum hæc cognouit Myrrhina in digito modo me habentem,
Rogat unde sit, narro omnia hæc, inde est cognitio facta
Philomenã esse cõpressam ab eo, & filium inde hũc natum.
Hæc tot propter me gaudia illi cõrigisse lætor.
Et si hoc meretrices aliæ nolunt, neq; est in rem nostram
Vt quisq; amator nuptiis lætetur uerum ecastor,
Nunq; animũ quæsti gratia ad malas adducam partes.
Ego dum illo licitum est usa sum benigno, & lepido, & comi,
Incõmode mihi de nuptiis euenit factum, fateor.
At, pol me fœcisse arbitror, ne merito mihi eueniret,
Multa ex quo fuerint cõmoda, eius incõmoda æquũ est ferre.

PAMPHILVS. PARMENO. BACCHIS.

¶ Tetrametri, & Trimetri.

Ide mi Parmeno etiã sodes, ut mihi hæc certa & clara (attuleris.
u Ne me ĩbreue hoc coiicias tẽp? gaudio hoc falso frui.
Par. Visũ ẽ. Pã. certon? Par. certe. Pã. deũ sũ, si hoc itast.
PAR. uerum reperies. PAM.
Manedũ sodes, timeo ne aliud credã, atq; aliud nunties. PAR.
Maneo. PAM. sic te dixisse opinor, inueniisse Myrrhinam,
Bacchidẽ anulũ suũ habere. PAR. factũ. Pã. eũ quẽ olim ei dedi,

Eaq; hoc te mihi nũciare iussit, ita ne é factũ? PAR. Ita inq̃. PAM.
Quis me est fortunatior? uenustatisq; adeo pleniorꝫ ego nete
Pro hoc nũcio qd doné? qd? nescio. PAR. At ego scio: PAM.
Quid? PAR. nihil em̃, nã neq; ĩ nũcio, nec ĩ me ipso boni qd sit, scio.
PAM. Egon, q̃ ab Orco mortuũ me reducẽ in lucẽ fœceris.
Sinam fine mũere a me abire? ah nimiũ me ignauom putas,
Sed Bacchidem eccam uideo stare ante hostium,
Me expectat credo, adibo. BA. Salue Pamphile. PAM.
O Bacchis, o mea Bacchis, seruatrix mea. BA.
Benefactum, & uolupest. PAM. Factis ut credam facis,
Antiquãq; adeo tuam uenustatem obtines,
Vt uoluptati obitus, sermo, aduentus tuus quocũq; adueneris,
Semper siet. BA. at tu ecastor morẽ antiquũ, atq; ingeniũ obtines.
Vt unus hoim hõ te uiuat nunq̃ qsq̃ blãdior. PAM.
Ah, ah, he, tun mihi istuc? BA. Recte amasti Pãphile uxorẽ tuã,
Nam nunq̃ ante hũc diẽ meis oculis eam: quod nossem: uiderã,
Perliberalis uisa é. PAM. dixti uere? BA. Ita me dii amẽt Pãphile.
PAM. Dic mihi, harũ rerũ nunqd dixti iam patri?
BA. Nihil. PAM. Neq; opus est.
Adeo mutito, placet non fieri hoc itidem, ut in Comœdiis
Oĩa oĩes ubi resciscũt, hi quos par fuerat rescisscere
Sciũt: quos nõ aũt scire æquumst, neq; rescisciũt, neq; scient.
Immo etiam hoc qui occultari posse facilius credas dabo.
Myrrhina ita Phidippo dixit, iureiurando meo
Sed fidem habuisse, & ppterea te sibi purgatũ. PAM. Optumest.
Speroq; hanc rem euentura nobis ex sententia. PAR.
Here licet ne me scire ex te hodie quid sit quod feci boni?

Aut qd istuc est qd uos agitis? PAM. Nõ licet. PAR. Tñ suspicor,
Egon hũc ab Orco mortuũ quo pacto? PAM. Nescis Parmeno,
Quãtũ hodie pfueris mihi, & ex quãta ærũna me extraxeris. PAR.
Immo uero scio, neq; hoc imprudens fœci.
PAM. Ego istuc satis scio. PAR.
An temere qcq̃ Parmenonẽ ptereat, qd facto usus sit? PAM.
Sequere me intro Parmeno. PAR. sequor: eqdẽ plus hodie boni
Fœci imprudens, q̃ sciens ante hunc diem unq̃.

VALETE ET PLAVDITE. CALLIOPIVS RECENSVI.

HECYRAE FINIS.

ACTA LVDIS ROMANIS. L. POSTHVMIO ALBINO. L. Cornelio Merula Aedilib. Curul. egere. L. Ambiuius Turpio. L. Attilius Prænestinus. modos fœcit Flaccus Claudius tibijs imparibus. tota græca Apollodori Epicarzomenos acta quarto Cn. Fannio. M. Valerio Conss.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

Phormio parasitus.	Chremes senex.
Demipho senex.	Phædria adulescens.
Antipho adulescens.	Dauus seruus.
Geta seruus.	Sophrona nutrix.
Dorio leno.	Hegio aduocatus.
Cratinus aduocatus.	Crito aduocatus.

C. SVLPICII APPOLLINARIS PERIOCHA.

℄ Senarii.

Hremetis frater aberat peregre Demipho
Relicto Athenis Antiphone filio.
C Chremes clam habebat Lemni uxorem, & filiam
Athenis aliam coniugem, & amantem unice
Gnatum fidicinam, mater e Lemno aduenit
Athenas, moritur, uirgo sola, aberat Chremes.
Funus procurat ibi eam uisam Antipho
Cum amaret, opera parasiti uxorem accipit.
Pater & Chremes reuersi fremere, dein minas
Triginta dant parasito, ut illam coniugem
Haberet ipse. argento hoc emitur fidicina,
Vxorem retinet Antipho a patruo agnitam.

PROLOGVS.

C Senarii.

P Ostq̃ poeta uetus poetam non potest
Retrahere a studio, & tradere hominem in ocium,
Maledictis deterrere ne scribat parat.
Qui ita dicit tat, quas antea fecit fabulas
Tenui esse oratione, & scriptura leui.
Quia nusq̃ scripsit infanum adulescentulum
Ceruam uidere, fugere, & sectari canes,
Et eam plorare, orare ut subueniat sibi.
Quod si intelligeret cum steterit olim noua
Actoris opera magis stetisse q̃ sua,
Minus multo audacter q̃ nunc lædit, læderet:
Et magis placerent quas fecisset fabulas.
Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet,

Vetus si poeta non lacessisset prior,
Nullum inuenire prologum potuisset nouus
Quem diceret, nisi haberet cui malediceret.
Is sibi responsum hoc habeat: in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant Musicam.
Ille ad famem hunc ab studio studuit reicere,
Hic respondere uoluit, non discessere.
Benedictis si certasset, audisset bene,
Quod ab ipso allatum st, sibi esse id relatum putet.
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipse de se finem non facit.
Nunc quod uelim animum attendite. apporto nouam
ΕΠΙΔΙΚΑΖΟΜΕΝΟΝ quam uocant comœdiam
Græci: Latini Phormionem nominant.
Quia primas partes qui aget, is erit Phormio
Parasitus, per quem res agetur maxume.
Voluntas uestra si ad poetam accesserit,
Date operam adesse æquo animo per silentium,
Ne simili utamur fortuna, atq; usi sumus,
Cum per tumultum noster grex motus loco est,
Quem actoris uirtus nobis restituit locum,
Bonitasq; uestra adiutans, atq; æquanimitas.

ACTVS PRIMVS.

DAVVS SERVVS.

C Senarii.

Micus summus meus & popularis Geta
a Heri ad me uenit, erat ei de ratiuncula
Iampridem apud me reliquũ pauxillulum

Nummorum, id ut conficerem, confœci, affero.
Nam herilem filium eius duxisse audio
Vxorem, ei credo, mumus hoc corraditur.
Quam nique cõparatum est hi qui munus habent,
Vt semper aliquid addant diuitibus.
Quod ille nunciatim uix dimenso suo
Suum defraudans Genium comparsit miser,
Id illa uniuersum abripiet haud existimans
Quanto labore sit partum, porro autem Geta
Ferietur alio munere, ubi hera peperit.
Porro alio autem, ubi erit puero natalis dies,
Vbi initiabunt, omne hoc mater auferet.
Puer caussa erit mittundi, sed uideon Getam?

GETA. DAVVS.

Trimetri Iambici.

Igs me quæret ruffus. DA. præstost, desine. GE. Oh,
At ego obuiã conabar tibi Daue. DA. Accipe, hem,
Lectumst, cõueniet numerus quantũ debui. GE.
Amo te, & non neglexisse habeo gratiam. DA.
Præsertim ut nunc sunt mores, ad hoc res redit,
Si qs qd reddit, magna habendast gratia.
Sed qd tu es tristis? GE. Ego ne? nescis quoin metu, &
Quanto in periculo sim? DA. Quid istuc est? GE. Scies,
Modo ut tacere possis. DA. abi sis insciens,
Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere uerba ei credere, ubi quid mihi lucri est
Te fallere? GE. Ergo auscusta. DA. Hanc operã tibi dico. GE.

Senis nostri Daue frarrem maiorem Chremem
Nostin? DA. Quid ni? GE. Quid? eius gnatũ Phædriam? DA.
Tanq̃ te. GE. Euenit senibus ambobus simul,
Iter illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam
Ad hospitem antiquum, is senem per epistolas
Pellexit, modo non montcis auri pollicens. DA.
Cui tanta erat res, & supererat? GE. Desinas,
Sic est ingenium. DA. Oh regem me esse oportuit. GE.
Abeuntes ambo hinc tum senes, me filiis
Relinquunt, quasi magistrũ. DA. O Geta, prouinciam
Cœpisti duram. GE. Mihi usu uenit hoc scio.
Memini relinqui me deo irato meo.
Cœpi aduersari primo, quid uerbis opus est?
Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi. DA.
Venere in mentem istæc mihi. nam quæ insciast
Aduorsum stimulum calces. GE. Cœpi his omnia
Facere, obsequi quæ uellent. DA. Sciti uti foro.
GE. Noster mali nihil qcq̃ primo, hic Phedria
Continuo quandam nactus est puellulam
Citharistriam, hanc amare cœpit perdite,
Ea seruiebat Lenoni impuriffimo,
Neq; erat quod daret quicq̃, id curarant patres.
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere,
Nos ocioli operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc discebat ludo: ex aduorsum ei loco
Tonstrina erat quædam, hic solebamus fere

Plærumq; eam operiri, dum inde iret domum.
Interea dum sedemus illic, interuenit
Adulescens quidam lachrymans: nos mirarier,
Rogamus quid sit. nunq̃ æque inquit ac modo
Paupertas mihi onus uisumst, & miserum, & graue.
Modo quandam uidi uirginem huic uiciniæ
Miseram suam matrem lamentari mortuam,
Ea sita erat ex aduorso, neq; illi bene uolens,
Neq; notus, neq; cognatus extra unam aniculam
Quisq̃ aderat, qui adiuuaret curare funus: miserumst.
Virgo ipsa facie egregia, quid uerbis opust?
Cõmorat omnes nos ibi continuo Antipho,
Voltis ne eamus uisere? alius, censeo
Eamus, duc nos sodes. imus, uenimus,
Videmus, uirgo pulchra, & quo magis diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem,
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida,
Lachrymæ, uestitus turpis, ut ni uis boni
In ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent.
Ille qui illam amabat fidicinam, tantummodo
Satis inquit scitast, noster uero? DA. Iam scio,
amare cœpit. GE. Scin quam? quo euadat uide.
Postridie ad amum recta pergit, obsecrat
Vt sibi eius faciat copiam. illa enim se negat.
Neq; eum æquum ait facere, illam ciuem esse Atticam,
Bonam, bonis prognatam: si uxorem uelit,
Lege id licere facere: sin aliter, negat.

Noster quid ageret nescire, & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
DA. Num si rediisset pater, ei ueniam daret?
GE. Ille ne indotatam uirginem, atq; ignobilem
Daret illi? nunq̃ faceret. DA. quid fit deniq;?
GE. Quid fiat? est parasitus quidam Phormio,
Homo cõfidens, qui illũ dii omnes perduint,
DA. Quid is fecit? GE. Hoc cõfiliũ quod dicam dedit,
Lex est, ut orbæ qui sint genere proximi,
His nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam,
Paternum amicum me assimulabo uirginis.
Ad iudices ueniemus, qui fuerit pater,
Quæ mater, quæ cognata tibi sit, omnia hæc
Confingam, quod erit mihi bonũ, atq; cõmodũ,
Cum tu horum nihil refelles, unicam scilicet.
Pater aderit, mihi paratæ lites, quid mea?
Illa quidem nostra erit. DA. Iocularem audaciam. GE.
Persuasit homini, factumst, uentumst, uincimur,
Duxit. DA. Quid narras? GE. Hoc qd audis. DA. O Geta
Quid de te futurumst? GE. Nescio hercle. unum hoc scio
Quod fors feret, feremus æquo animo. DA. Placet.
Hem istuc uiri est officium. GE. In me omnis spes est mihi. DA.
Laudo. GE. Ad præcatorem abeam, credo qui mihi
Sic oret, nunc omitte quæso hunc, cæterum
Post hac si qcquam, nihil precor. tantummodo
Non addit, ubi ego hinc abiero, uel occidito. DA.

Quid ille pædagogus, qui cytharistriam,
Quid rei gerit? GE. Sic tenuiter. DA. Non multum habet
Quod det fortasse? GE. Immo nihil, nisi spem meram. DA.
Pater eius redit, an non? GE. Nondũ. DA. Quid? senem
Quoad expectatis uestrum? GE. Non certum scio.
Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modo,
Et ad portitores esse delatam, hanc petam. DA.
Nunqd Geta aliud me uis? GE. ut bene sit tibi.
Puer heus, nemon huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

ANTIPHO. PHAEDRIA.

¶ Octonarii, & unus Dimeter.

Deon rem rediisse, ut q mihi cõsultũ optie uelit esse
a Phædria, parte ut extimescã, ubi i mẽte eius aduẽti ueit
Qd ni fuisse cogitãs, ita eũ expectarẽ, ut par fuit. PH.
Quid istuc est? AN. rogitas? q tã audacis facinoris mihi oscio
Quod utinã ne Phormioni id suadere in mentẽ incidisset,
Neu me cupidũ eo cõpulisset, qd mihi principium st mali
Si nõ potius essem, fuisset tũ illud mihi ægre per aliquot dies.
At nõ quottidiana cura hæc angeret animũ. PH. Audio. AN.
Dum expecto quã mox ueniat, q adimat hãc mihi consuetudinẽ
PH. Aliis qa defit, qd amãt ægre est, tibi qa supereſt, dolet:
Amore abundas Antipho.
Nam tua qdẽ hercle certo uita hæc expetẽda, optãdaq est.
Ita me dii bene ament, ut mihi liceat tamdiu qd amo frui.
Iam depaciſci mortem cupio, tu coniicito cætera.
Quid ego ex hac inopia nũc capiã, & qd tu ex istac copia?
Vt ne addam, quod sine sumptu ingenuam ac liberalem nactꝰ es,

Quod habes ita ut uoluisti uxorem sine mala fama, palam
Beatus, ni unum hoc desit, animus qui modeste istæc ferat.
Quod si tibi res sit cũ eo lenone, quo cũ mihi est, tũ sentias,
Ita plærique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet.
AN. At tu mihi cõtra nunc uidere fortunatus Phædria,
Cui de integro est potestas etiam consulendi quid uelis
Retinere, amare, amittere: ego in eum incidi infœlix locũ,
Vt neq mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia.
Sed qd hoc est? uideon ego Getam currentẽ aduenire huc?
Is est ipsus, heu timeo miser, quã hic mihi nũc rem nuncíet.

GETA. ANTIPHO. PHAEDRIA.

¶ Tetrametri, partim Trimetri, & Dimetri tres.

Vllus es Geta, nisi aliqd iam tibi cõsiliũ celere reperis,
n Ita nũc imparatũ subito tanta te impendent mala,
Quæ neq uti deuitẽ scio, neq quo mõ me ide extrahã,
(Nam non potest cælari nostra diutius iam audatia)
Quæ si nõ astu prouidenẽ, me aut herũ pessundabũt.
AN. Quid nam ille cõmotus uenit? GE. tũ tẽporis pũctũ mihi
Ad hanc rem est, herus adest. AN. quid istuc malist?
GE. Quod quũ audierit, qd eius remediũ inueniã iracũdiæ?
Loquar ne incendã? taceã? instigẽ? purgẽ me? latere lauem?
Eheu me miserũ cũ nihil paueo, tũ Antipho me excruciat animi,
Eius me miseret, ei nũc timeo, is nũc me retinet, nã absq eo esset,
Recte ego met mihi uidissem, & senis essem ultus iracundiã,
Aliqd cõuasassem, atq hinc me cõiicerem ptinus in pedes.
AN. Quam hic fugam, aut furtum parat? GE.
Sed ubi Antiphonem reperiã, aut q quærere insistã uia? PH.

Te noiat. AN. nescio qđ magnũ hoc nũcio expecto malũ. PH.
Ah sanus ne es? GE. domũ ire ne pergam, ibi plurimũ est.
PH. Reuocemus hominem. AN. Sta ilico. Hem,
Satis p imperio qsqs es. AN. Geta. GE. Ipe est qđ uolui obuiã.
AN. Cedo qđ portas obsecro? atq; id (si potes) uerbo expedi uno
GE. Faciã. AN. eloqre. GE. modo apud portũ. AN. Meũ ne?
GE. Intellexti? AN. Occidi. GE. Hem. AN. Quid agam?
PH. Quid ais? GE. Huius pfem uidisse me patruũ tuũ. AN.
Nam qđ ego huic nũc subito exitio remediũ inueniã miser?
Quod si eo meæ fortunæ redeũt, Phaniũ abs te ut distrahar.
Nulla st mihi uita expetenda. GE. Ergo istæc cũ ita sint Antipho,
Tãto magis te aduigilare æquũst, fortes fortũa adiuuat. AN.
Nõ sum apd me. GE. Atq; opꝰ est nũc q̃ maxime ut sis Antipho,
Nam si te senserit timidum pater esse, arbitrabitur
Cõmeruisse culpã. PH. hoc uerum st. AN. nõ possũ ĩmutarier. GE.
Quid faceres, si aliqđ grauiꝰ tibi nũc faciundũ foret? AN.
Cũ hoc nõ possum, illđ minꝰ posse. GE. Hoc nihil ẽ Phædria. ilicet
Quid cõterimus operam frustra? quin abeam.
PH. Et quidem ego. AN. Obsecro,
Quid si assimulabo, satin ẽ? GE. garris. AN. uultũ ptẽplami, hem
Satin sic est? GE. Non. AN. Quid si sic? GE. Propemodũ.
AN. Quid si sic est. GE. Sat est,
Hem istuc serua, & uerbũ uerbo par pari ut respondeas,
Ne te iratus suis dictis protelet. AN. Scio.
GE. Vi coactũ te esse inuitum, lege, iudicio, tenes?
Sed qs hic est senex quẽ uideo in ultima platea? AN. Ipsus est
Non possum adesse. GE. Ah qđ ais? quo abis Antipho? mane,

Mane inq̃. AN. Egomet me noui, & peccatũ meum:
Vobis commendo Phanium & uitam meam.
PH. Geta quid nunc fiet? GE. Tu iam lites audies,
Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.
Sed qđ modo hic nos Antiphonem monuimus,
Id nos metipsos facere oportet Phædria.
PH. Auferme mihi oportet, an tu quod faciam impera.
GE. Meministi in olim ut fuerit nostra oratio,
In re incipiunda ad defendendã noxiam?
Iustam illam causam, facilem, uincibilem, optumam.
PH. Memini. GE. Hem nũc ipsa st opus, aut si qđ potes
Meliore & callidiore. PH. Fiet sedulo. GE.
Nunc prior adito tu, ego in insidiis hic ero
Succentuariatus, si quid deficies. PH. Age.

ACTVS SECVNDVS.

DEMIPHO. GETA. PHAEDRIA.

Octonarii, Senarii, unus Catalecticus, & unus Hipermeter.

Tane tandẽ uxorẽ duxit Antipho iniussu meo?
Nec meũ imperiũ (age mitto impiũ) nõ sibi ratẽ meã
Reuereri? saltẽ nõ pudere? o facinꝰ audax, o Geta
Monitor. GE. uix tandẽ. DE. qđ mihi dicẽt, aut quã cãm reperiẽt
Demiror. GE. atq; repperi iã, aliud cura. DE. an ne hoc dicẽt mihi:
Inuitus fœci, lex coegit, audio, & fateor. GE. Placet.
DE. Verũ scientẽ, tacitũ, causam tradere aduersarijs,
Etiam ne id lex coegit? PH. Illud durũ. GE. ego expediã, sine. DE.
Incertũ est qđ agã, qa preter spem atq; icredibile hoc mihi obtigit,
Ita sum irritatus, animũ ut nequeam ad cogitandũ instituere.

Quam ob rem omnes cum fecundæ res sunt, tum maxime
Meditari secum oportet, quo pacto aduorsam ærumnã ferant,
Pericla, damna, exilia. peregre rediens semper cogites
Aut filii peccatũ, aut uxoris mortem, aut morbũ filiæ.
Cõmunia esse hæc fieri posse, ut ne qd animo sit nouũ,
Quicqd preter spem eueniat, omne id deputato esse in lucro.
GE. O Phædria, incredibile est, quanto herũ anteco sapientia,
Meditata mihi sunt omnia mea incõmoda: herus si redierit,
Vsq; molendũ esse in pistrino, uapulandũ, habẽdæ cõpedes,
Opus ruri faciundũ, horũ nihil quicq̃ accidet animo nouũ.
Quicqd præter spem eueniet, omne id deputabo in lucro.
Sed qd cessas hominẽ adire, & blãde in principio alloqi?
DE. Rhædriã mei fratris uideo filium mihi ire obuiam.
PH. Mi patrue salue. DE. Salue, sed ubi est Antipho?
PH. Saluũ te uenire gaudeo. DE. Credo, hoc responde mihi.
PH. Valet, hic est, sed satin omnia ex sententia?
DE. Vellem quidẽ. PH. Quid istuc? DE. Rogitas Phædria?
Bonas me absente hic confœcistis nuptias. PH.
Eho, an id succenses nũc illi? GE. o artificem probũ.
DE. Ego ne illi non succenseam? ipm gestio dari
Mihi in conspectum, nunc sua culpa ut sciat
Lenem patrẽ illum factum me esse acerrimũ. PH.
Atqui nihil fœcit patrue quod succenseas. DE.
Ecce autem similia omnia, omnes congruunt,
Vnum cognoris, omnes noris. PH. Haud itast. DE.
Hic in noxa est, ille ad defendendam causam adest.
Cum ille abest, hic præsto est, tradunt operas mutuas. GE.

Probe eorum facta imprudens depinxit senex. DE.
Nam ni hæc ita essent, cũ illo haud stares Phædria. PH.
Si est patruę culpam ut Antipho in se admiserit,
Ex qua re minus rei foret, aut famæ obtemperans,
Non causam dico, quin quod meritus est ferat.
Sed si quis forte malicia frætus sua
Insidias nostræ fœcit aduleſcentiæ,
Acquicit, nostran ea culpa est, an iudicum?
Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti:
Aut ppter misericordiam addunt pauperi. GE.
Ni nossem caussam, crederem hunc uera loqui. DE.
An quisq̃ iudex est qui possit noscere
Tua iusta, ubi tute uerbum non respondeas,
Ita ut ille fœcit? PH. functus aduleſcentuli est
Officium liberalis, postq̃ ad iudices
Ventum st, non potuit cogitata proloqui,
Ita eum timidum obstupefœcit pudor.
GE. laudo hunc, sed cesso adire q̃primum senem?
Here salue, saluum te aduenisse gaudeo. DE. oh
Bone custos salue, columen uero familiæ,
Cui commendaui filium hinc abiens meum.
GE. Iam dudum te omnes nos accusare audio,
Immerito, & me omnium horum immeritissimum.
Nam quid me in hac re facere uoluisti tibi?
Seruum hominẽ caussam orare leges non sinunt,
Neq; testimonii dictio est. DE. mitto omnia, adde
Istuc imprudens, timuit aduleſcens, sino,

Tu seruus. uerum si cognata est maxime,
Non fuit necesse habere, sed id quod lex iubet
Dotem daretis, quæreret alium uirum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum? GE.
Non ratio, uerum argentum deerat. DE. sumeret
Alicunde. GE. alicunde? nihil est dictu facilius. DE.
Postremo, si nullo alio pacto, uel fœnore. GE.
Hui dixti pulchre, si quidem quisq; crederet.
Te uiuo, DE. non? non sic futurum est, non potest.
Ego ne illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
Nihil suaue meritum est, hominem cõmonstrarier
Mihi istum uolo, aut ubi habitet demonstrarier. GE.
Nempe Phormionem? DE. istum patronũ mulieris? GE.
Iam faxo hic aderit. DE. Antipho ubi nũc est? PH. foris. DE.
Abi Phædria, eum require, atq; adduce huc. PH. eo
Recta uia equidem illuc. GE. nempe ad Pamphilam. DE.
At ego Deos penates hinc salutatum domum
Deuortar, inde ibo ad forum atq; aliquot mihi
Amicos aduocabo ad hanc rem qui adsient.
Vt ne imparatus sim, cum adueniat Phormio.

PHORMIO. GETA.

Septenarii Iambici.

Ta ne prius ais spectũ ueritũ hic abisse? GE. Admodũ.
Ph. phaniũ relictã solã? CE. sic. Ph. & iratũ senem?
GE. Oppido. Ph. ad te fũma solũ Phormio rerũ redit.
Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum, accingere. GE.
Obsecro te. PH. si rogabit. GE. in te spes est. PH. ecce rem,

Quid si reddet? GE. tu impulisti? PH. sic opinor. GE. subueni.
PH. Cedo senem, iam instructa sunt mihi corde cõsilia omnia. GE.
Quid ages? PH. qd uis? nisi ut maneat Phaniũ, atq; ex crimine hoc
Antiphonem eripiã, atq; in me omnẽ iram deriuem senis? GE.
O uir fortis atq; amicus? uerum hoc sæpe Phormio
Vereor, ne istæc fortitudo in meruum erumpat denicq;. PH. Ah,
Non ita est, factum est periculũ, iam pedum uisast uia,
Quot mecenses homines iam deuerberasse usq; ad necem
Hospites, tum ciues? quo magis noui, tanto sæpius.
Ehodum, an unquã iniuriarũ audisti mihi scriptã dicã? GE.
Quid istuc? PH. Quia nõ rete accipitri tendit, neq; Miluo,
Qui male faciunt nobis, illis qui nihil mali faciunt tendit.
Quia eũ in illis fructus est, in his opera luditur,
Aliis alicunde est periculum unde aliquid abradi potest,
Mihi sciunt nihil esse, dices, ducent damnatum domũ.
Alere nolunt hominẽ edacem. & sapiunt mea quidẽ sententia,
Pro maleficio si beneficiũ summũ nolunt reddere. GE.
Non potest satis pro merito abiisto tibi referri gratia. PH.
Immo eũ nemo satis pro merito gratiam regi refert.
Te ne ad symbolũ uenire unctum atq; lautum e balneis,
Ocioſum ab animo, cum ille & cura & sumptu absumit.
Dum tibi sit quod placeat, ille ringitur, tu rideas,
Prior bibas, prior decumbas, cœna dubia apponit. GE.
Quid istuc uerbi est? PH. Vbi tu dubites qd sumas potissimũ,
Hæc cum ratione ineas, quam sint suauia, & quam cara sint,
Ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præsentem deum? GE.
Senex adest, uide quid agas. prima coitio est acerrima,

Sic eam ſubſtinueris, poſt illam iam ut lubet ludas licet.

DEMIPHO. GETA. PHORMIO.

Senarii omnes.

Nunquam cuiquam contumelioſius
Audiſtis factum iniuriam, quam hæc eſt mihi:
Adeſte quæſo. GE. Iratus eſt. PH. Quin tu hoc ages
Iam ego hunc agitabo, proh deũ immortaliũ fidem,
Negat Phaniũ eſſe hanc ſibi cognatam Demipho:
Hanc Demipho negat eſſe cognatã: GE. Negat. PH.
Neq; eius patrem ſe ſcire qui fuerit: GE. Negat. DE.
Ipſum eſſe opinor de quo aiebam, ſequimini. PH.
Nec Stilphonem ipſum ſcire qui fuerit: GE. Negat. PH.
Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens,
Negligit ipſa, uide auaritia quid facit. GE.
Si herum inſimulabis auariciæ, male audies. DE.
O audaciam, etiam me ultro accuſatũ aduenit. PH.
Nam iam aduleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeam,
Si illum minus norat, quippe homo iam grandior
Pauper, cui in opera uita erat, ruri fere
Se continebat, ibi agrum de noſtro patre
Colendũ habebat, ſæpe interea mihi ſenex
Narrabat ſe hunc negligere cognatum ſuum,
At quem uirum: quem ego uiderim in uita optumũ. GE.
Videas te atq; illum ut narras. PH. Abi in malam crucem.
Nam ni ita eum exiſtimaſſem, nunq; tam graues
Ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam,
Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter. GE.

Pergin hero abſenti male loqui impuriſſime: PH.
Dignũ aũt hoc illo eſt. GE. Ain tandem carcer: DE. Geta. GE.
Bonorũ extortor, legum cõtortor. DE. Geta. PH.
Reſponde. GE. Quis hõ eſt: ehem. DE. tace. GE. abſenti tibi
Te indignas, ſeq; dignas contumelias,
Nunq; ceſſauit dicere hodie. DE. Ohe deſine
Aduleſcens primum abs te hoc bona uenia expeto,
Si tibi placere potis eſt, mihi ut reſpondeas,
Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum, explana mihi,
Et qui cognatum me ſibi eſſe diceret. PH.
Perinde expiſcare quaſi non noſſes. DE. noſſem: PH. ita. DE.
Ego me nego, tu qui ais redige in memoriam. PH.
Eho tu conſobrinum tuum non noras: DE. enecas,
Dic nomen. PH. nomẽ: maxume. DE. qd nũc taces: PH.
Perii hercle, nomen perdidi. DE. hem qd ais: PH. Geta
Si meminiſti id quod olim dictum eſt ſubiice, hem
Non dico, quaſi non noris, tentatum aduenis. DE.
Egon autem tento: GE. Stilpho. PH. atq; adeo qd mea,
Stilpho eſt. DE. quem dixti: PH. Stilphonem inq; noueras: DE.
Neq; ego illum noram, neq; mihi cognatus fuit
Quiſq; iſtoc nomine. PH. ita ne: non te horum pudet:
At ſi talentum rem reliquiſſet decem. DE.
Dii tibi male faciant. PH. primus eſſes, memoriter
Progeniem ueſtram uſq; ab auo atq; atauo proferens. DE.
Ita ut dicis, ego tum ſi adueniſſem, qui mihi
Cognata ea eſſet dicerem: itidem tu face, cedo
Qui eſt cognata: GE. heus tu caue. PH.

Dilucide expediui, quibus me oportuit
Iudicibus. tum si id falsum fuerat, filius
Cur non refellit? DE. filium narras mihi?
Cuius de stultitia dici ut dignum st non potest. PH.
At tu qui sapiens es, magistratus adi,
Iudicium de eadem caussa iterum ut reddant tibi,
Quando quidem solus regnas, & soli licet
Hic de eadem caussa bis iudicium adipiscier. DE.
Etsi mihi facta iniuria st, uerumtamen
Potiusq̃ lites sectet, aut q̃ te audiam
Itidem ut cognata si sit, id quod lex iubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinq; accipe. Ph.
Ah, ah, he, homo suauis. DE. qd est? num iniquũ postulo?
An ne hoc quidem adipiscar ego, quod ius publicũ est? PH.
Ita ne tandé quæso, itidem ubi meretricem abulus sis
Mercedem dare lex iubet ei, atq; amittere?
An ut ne quid turpe ciuis in se admitteret
Propter egestatem, proximo iussast dari,
Vt cum uno ætatem degeret, quod tu uetas? DE.
Ita proximo qdé. at nos unde, aut q̃ ob rem? Ph. Ohe
Actũ, aiunt, ne agas. DE. nõ agam: immo haud desinam,
Donec perfœcero hoc. PH. Ineptis, DE. Sine modo. PH.
Postremo tecum nihil rei nobis Demipho st
Tuus est damnatus gnatus, non tu. nam tua
Præterierat iam ad ducendum ætas. DE. Omnia hæc
Illum puto to, quæ ego nunc dico, dicere,
Aut quidem cum uxore hac ipsum prohibeo domo. GE.

Iratus est. PH. Tute idem fœceris melius. DE.
Itan es paratus facere me aduorsum omnia
Infœlix? Ph. Metuit hic nos, tametsi sedulo
Dissimulat. GE. Bene habent tibi principia. Ph. Quin quod est
Ferundum, feras, tuis factis dignum fœceris,
Vt amici inter nos simus. DE. Egon tuam expetam
Amicitiam, aut te uisum, aut auditum uelim? PH.
Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam
Senectutem oblectet: respice ætatem tuam. DE.
Te oblectet, tibi habe. PH. minue uero iram. DE. Hoc age,
Satis iam uerborum est, nisi tu properes mulierem
Abducere, ego illam eiiciam: dixi Phormio. PH.
Si tu illam attigeris secus q̃ dignum est liberam,
Dicam impingam tibi grandem: dixi Demipho.
Si quid opus fuerit, heus domo me. GE. intellego.

DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRATINVS. CRITO.

C Senarii.

Q Vanta me cura & solicitudine affecit
Gnatus, qui me, seque hisce impediuit nuptiis,
Neque mihi in conspectũ prodit, ut saltem sciam
Quid de hac re dicat, quidue sit sententiæ.
Abi tu, nise, redierit ne iam, an nondum domũ. GE.
Eo. DE. Videtis quo in loco res hæc siet,
Quid ago? dic Hegio. HE. Ego Cratinum censeo
Si tibi uidetur. DE. Dic Cratine. Cra. Me ne uis? DE. te.
Cra. Ego quæ in rem tuam sint, ea uelim, facias.
Si hoc uidetur, quod filius te absente hic

Egit, restitui in integrum æquom est & bonum,
Et id impetrabis: dixi. DE. Dic nunc Hegio. HE.
Ego sedulo hunc dixisse credo: uerum ita est,
Quot homines, tot sententiæ, suus cuique mos est.
Mihi non uidetur, quod sit factum legibus,
Rescindi posse, & turpe inceptum est. DE. Dic Crito. Cri.
Ego amplius deliberandum censeo,
Res magna est. HE. Numqd non uis? DE. Fecistis probe,
Incertior sum multo q̃ dudum. GE. Negant
Rediisse. DE. Frater est expectandus mihi,
Is qd mihi dederit de hac re cõsilium id exequar.
Percontatum ibo ad portum quoad se recipiat.
GE. At ego Antiphonem quæram, ut quæ acta hic sint, sciat.
Sed eccũ ipsum uideo in tempore huc se recipere.

ACTVS TERTIVS.

ANTIPHO. GETA.

C Tetrametri omnes.

Nimuero Antipho multis modis cũ istoc aĩo esuitupe
Ita ne hic abisse, & uitã tuã tutandã aliis dedisse (rãdo
Alios tuã rem, credidisti magis q̃ te aniaduersuros?
Nam ut ut erant alia, illi certe quæ nũc domi tuæ est ꝓsuleres,
Ne qd ꝓpter tuam fidem decepta pateretur mali,
Cuius nũc miseræ spes, opesq; sunt in te uno oĩes sitæ. GE.
Equidé here nos iam dudũ hic te absenté incusamus, q abieris. AN.
Te ipm quærebã. GE. Sed ea causa nihilo magis defœcim9. AN.
Loquere obsecro, quo nam in loco sunt res, & fortunæ meæ?
Numqd patri subolet? GE. Nihil etiam. AN. ecqd spei porro?

GE. Nescio. AN. ah. GE.
Nisi Phædria haud cessauit pro te eniti. AN. Nihil fœcit noui. GE.
Tũ Phormio itidé mihi hac re ut ĩ aliis hoiem strenuũ ꝓbuit. AN.
Quid is fœcit? cõfutauit uerbis admodũ iratũ patrẽ. AN.
Hei Phormio. GE. ego qd potui porro. AN. Mi Geta ois suos amo
GE. Sic habẽt principia sese ut dico, adhuc trãqlla res est,
Mãsuruscq; patruũ prẽ, dũ huc adueniat. AN. qd eũ? GE. ut aiebat,
De eius cõsilio uelle sese facere quod ad hanc rem attinet.
AN. Quantus metus est mihi uenire huc saluũ nũc patruũ Getã!
Nam per eius unã (ut audio) aut uiuã, aut moriar, sentẽtiã. GE.
Phædria tibi adest. AN. ubi nam? GE. Eccũ a sua palestra exit foras.

PHAEDRIA. DORIO. ANTIPHO. GETA.

C Tetrametri, præter unum, qui est Senarius.

d Orio audi obsecro. DO. Nõ audio. PH. Parũper. DO.
Quĩ omitte me. Ph. Audi qd dicã. Do. at eñ tœdet iã
audire eadé millies. Ph. At nũc dicã qd lubẽter audias
Do. loqre, audio. Ph. Neq̃o te exorare ut mãeas triduum hoc, quo
Mirabar si tu mihi quieq̃ afferres noui. AN. (nũc abis? DO.
Hei metuo Lenoné, ne qd suo suat capiti. GE. Idem ego metuo.
Ph. Nõ mihi credis? Do. Ariolare. Ph. Sin fidem do? Do. Fabulæ.
Ph. Fœneratũ istuc beneficiũ tibi pulchre dices. Do. Logi. Ph.
Crede mihi gaudebis facto, uerũ hercle hoc est. DO. Somniũ. PH.
Experire, nõ est longũ. Do. Cantilenam eandem canis. Ph.
Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus. Do. Garris modo. Ph.
Adeon ingenio te esse duro atq; inexorabili,
Vt neq; misericordia, neq; precibus molliri queas? Do.
Adeon te esse incogitantem atq; impudentem Phædria,

Vt faletatis dictis seduças me, & meam ductes gratis? AN.
Misertumst. PH. Hei uerbis uincor. GE. q̃ uterq; est similis sui. PH.
Neq; Antipho alia cum occupatus esset solicitudine,
Tũ hoc esset mihi obiectũ malũ. AN. ah, qd istuc aũt é Phædria? Ph.
O fortũatissime Antipho. AN. ego ne? PH. cui qd amas domi est,
Nec cũ huiusmodi unq̃ usus uenit, ut conflictares malo. AN.
Mihin domist? immo quod aiunt, auribus teneo lupum
Nã neq; quo modo a me amittã inuenio, neq; uti retineã scio. Do.
Ipsum istuc mihi in hoc est. AN. Eia ne parum leno sies.
Nunqd hic confœcit? PH. Hiccine? qd homo iphũanissimus
Pamphilã meam uẽdidit. GE. qd uẽdidit? AN. ain uẽdidit? Ph.
Vẽdidit. DO. q̃ indignũ facinus, ancillã ære emptã suo. PH.
Nequeo exorare ut maneat, & cum illo ut mutet fidem
Triduũ hoc, dũ id qd est promissum ab amicis argentũ aufero.
Si non tum dedero unam præterea horam, ne opertus sies. DO.
Obtundis. AN. Haud longũst id qd orat Dorio, exoret sine.
Idẽ hoc tibi qd bene ꝓmeritus fueris cõduplicauerit. DO.
Verba istæc sunt. AN. Pamphilã ne hac urbe priuari sines?
Tum prætetea horũ amorẽ distrahi poterin pati? DO.
Neq; ego, neq; tu. GE. Dii tibi oñes id qd est dignũ duint.
DO. Ego te cõpluris aduorsum ingeniũ meum menses tuli
Pollicitantem, & nihil ferentem, flentem, & nũc cõtra hæc oñia
Repperi qui det, neq; lachrumet, da locum melioribus. AN.
Certe herele si satis cõmemini, tibi quidem olim est dies
Qua dares huic præcõstituta. PH. Factũ. DO. num ego istuc nego?
AN. Iã ne ea præteriit? DO. nõ, uerũ ei hæc añcessit. AN. nõ pudet
Vanitatis? DO. Minime, dum ob rem.

GE. Sterquilinium. PH. Ah Dorio,
Ita ne tandẽ facere oportet? DO. Sic sum, si placeo, utere. AN.
Siccine hũc decipis? DO. Immo cũuero Antipho hic me decipit.
Nam hic me huiusmodi sciebat esse, ego hũc esse aliter credidi.
Is me fefellit, ego isti nihilo sum aliter ac fui.
Sed ut ut hæc sunt, tñ hoc faciam, cras mane argentũ mihi
Miles se dare dixit, si mihi prior tu attuleris Phædria,
Mea lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum st. Vale.

PHAEDRIA. ANTIPHO. GETA.

Tetrametri ut superiores, & dimeter unus.

Vid faciã? uñ ego nũc tã subito huic argẽtũ iueniã mi,
Cui min⁹ nihil ost? qd si h̃ potuisset nũc exorarier (ser,
Triduũ hoc ꝓmissũ fuerat. AN. Ita ne hũc patiemur
Fieri miserũ? q me dudũ (ut dixti) adiuuerit comiter. (Geta
Quin cũ opust, beneficiũ rursum ei experiamur reddere. GE.
Scio eqdẽ hoc esse æquũ. AN. Age ergo, sol⁹ seruare hũc potes. GE.
Quid faciã? AN. iuenias argẽtũ. GE. cupio, sed id ũnde, edoce. AN.
Patet est hic. GE. Scio, sed qd tũ? AN. Ah, dictũ sapienti sat est. GE.
Ita ne? AN. Ita. GE. Sane hercle pulchre suades, etiã tu hinc abis,
Non triumpho ex nuptiis tũis si nihil nanciscor mali.
Ni etiã nũc me huius caussa quærere in malo jubeas crucẽ? AN.
Verũ hic dicit. Ph. qd? ego uobis Geta a⁹ien⁹ sum? GE. haud puto.
Sed parũ ne est, quod oñib⁹ nunc nobis succenset senex,
Ni instigemus etiam? ut nullus locus relinquat preci. PH.
Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc abducet locũ? hem
Dum igit licet, dumq; adsum, loquimini mecũ Antipho,
Cõtemplamini me. AN. q obrem? aut qd nam factur⁹? cedo. Ph.

Quoquo hinc asportabit terrarum, certum est persequi
Aut perire. GE. Dii bene uortãt qd agas, pedetẽtim tũ. AN.
Vide si qd opis potes afferre huic. GE. Si qd, qd? AN. q̃re obsecro,
Ne qd plus minus ue faxit, quod nos post ea pigeat Geta. GE.
Quæro, saluus est ut opinor, uerum eũ metuo malũ. AN.
Noli metuere, una tecũ bona, malaq; tolerabimus. GE.
Quantũ opus est tibi argẽti? loq̃re. PH. Solæ triginta minæ. GE.
Triginta? hui percarast Phædria. PH. Istæc uero uilis est. GE.
Age age, inuentas reddam. PH. O lepidum caput. GE.
Aufer te hinc. PH. Iam opus est. GE. iam feres.
Sed opus est mihi Phormionẽ ad hanc rem adiutorẽ dari. AN.
Præsto est audacissime, oneris quid uis impone, & feret.
Solus est homo amico amicus. GE. Eamus ergo ad eũ ocius. PH.
Abi dic præsto ut sit domi. AN.
Nunqd est qd opera mea uobis opus sit? GE. nihil, uerũ abi domũ
Et illã miserã quã ego nũcintus scio esse exanimatam metu,
Cõsolare cessas? AN. Nihil est æque qd faciam lubens. PH.
Qua uia istuc facies? GE Dicam in itinere, modo te hinc amoue.

ACTVS QVARTVS.

DEMIPHO. CHREMES.

℄ Senarii.

Vid? qua pfectus caussa hinc es Lemnũ Chremes?
Adduxtin tecũ filiam? Ch. Non. De. quid ita non?
CH. Postq̃ uidet me eius mater hic esse diutius,
Simul autem non manebat ætas uirginis
Meam neglegentiam, ipsam cum omni familia
Ad me profectam esse aiebant. DE. quid illic tam diu

Quæso igitur commorabare, ubi id audiueras?
CH. Pol me detinuit morbus. DE. unde? aut q? CH. rogas?
Senectus ipsa est morbus: sed ueniisse eas
Saluas audiui ex nauta, qui illas uexerat.
DE. Quid gnato obtigerit me absente, audistin Chremes? CH.
Quod quidem me factum consilii incertum facit,
Nam hanc conditionem si cui tulero extrario,
Quo pacto, aut unde mihi sit dicendum ordine est.
Te mihi fidelem esse æque, atq; egomet sum
Scibam: ille si me alienus affinem uolet
Tacebit, dum intercedet familiaritas.
Sin spreuerit me, plusq̃ opus est scito, sciet.
Vereorq;, ne uxor aliqua hoc rescisca mea,
Quod si sit, ut me excutiam, atq; egrediar domo
Id restat. nam ago meorum solus sum meus. DE.
Scio ita esse, & ideo istæc mihi res solicitudini est.
Neq; defeciscar unq̃ ego experirier,
Donec tibi id quod pollicitus sum, effecero.

GETA

℄ Senarii.

Go hominem callidiorem uidi neminem
Quam Phormionẽ: uenio ad hominem, ut dicerem
Argento opus esse, & id quo pacto fieret,
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat.
Gaudebat, me laudabat, quærebat senem,
Diis gratias agebat, tempus sibi dari
Vbi Phædriæ se ostenderet nihilo minus

Amicum esse q̃ Antiphoni, hominem ad forum,
Iussi opperiri, eo me esse adducturum senem.
Sed eccum ipsum, quis est ulterior? at at Phædriæ
Pater uenit. sed quid pertimui autem belua?
An quia nos fallam, pro uno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe utier.
Petam hinc unde a primo institui. is si dat, sat est.
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hospitem.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

Senarii.

Xpecto q̃ mox recipiat huc sese Geta,
Sed patruũ cũ patre uideo astantem, hei mihi
Quam timeo aduẽtus huius quo impellat patrẽ. Ge.
Adibo hosce, o noster Chreme. CH. Salue Geta. GE.
Venire saluũ uolupest. CH. Credo. GE. Quid agitur? CH.
Multa aduenienti ut fit, noua hic cõpluria. GE.
Ita de Antiphone audistin quæ facta? CH. Omnia. GE.
Tun dixeras huic facinus indignum Chreme
Sic circumiri? DE. cum hoc id agebam cõmodũ. GE.
Nam hercle ego quoq; id mecum agitans sedulo,
Inueni (opinor) remediũ huic rei. DE. Quid Geta?
Quod remediũ? GE. ut abii abs te, fit forte obuiam
Mihi Phormio. CH. q Phormio? GE. Is, q istã. CH. Scio.
GE. Visum est mihi, ut eius tentarem sententiam.
Præhendo hominem solum, cur non inq̃ Phormio
Vides inter uos sic, hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, q̃ cum mala?

Herus liberalis est, & fugitans litium.
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modo
Vno ore authores fuere, ut præcipitem hanc daret. AN.
Quid hic ceptat? aut quo euadet hodie? GE. An legibus
Daturum pœnas dices, si illam eiecerit?
Iam id exploratum est. eia sudabis satis,
Si cum illo inceptas homine, ea eloquentia est.
Verum pone esse uictum eum, at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ.
Postq̃ hominem his uerbis mollirier sentio,
Soli sumus nunc hic inq̃, eho dic quid uelis dari
Tibi in manum, ut herus his desistat litibus?
Hæc hinc faceſſat, tu molestus ne sies. AN.
Satin illi dii sunt propicii? GE. Nam sat scio,
Si tu aliquam partem æqui boniq̃ dixeris,
Vt est ille bonus uir, tria non cõmutabitis
Verba hodie inter uos. DE. Quis te istæc iussit loqui? CH.
Immo non potuit melius peruenirier
Eo quo nos uolum9. AN. Occidi. DE. Perge eloq. GE.
At primo homo insanibat. DE. Cedo qd postulat? GE.
Quid? nimiũ, quantũ libuit. DE. Dic. GE. Si qs daret
Talentũ magnũ. DE. Immo malũ hercle, ut nihil pudet? GE.
Quod dixi adeo ei, quæso quid si filiam
Suam unicam locaret? parui rettulit
Non suscepisse, inuentast quæ dotem petat
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias.
Hæc deniq̃ eius fuit postrema oratio:

Ego inquit iam a principio amici filiam
Ita ut æquom fuerat, uolui uxorem ducere.
Nam mihi ueniebat in mentem eius incõmodum.
In seruitutem pauperem ad ditem dari.
Sed mihi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler
Aliquantum quæ afferret, qui dissoluerem
Quæ debeo, etiam nunc si uolt Demipho
Dare, quantũ ab hac accipio quæ sponsa est mihi,
Nullam mihi malim q̃ istanc uxorem dari. AN.
Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam, sciẽtẽ, an imprudẽtẽ, incertus sum. DE.
Quid si animã debet? GE. Ager oppositus est pignori
Ob decem minas inqt. DE. Age age iam ducat dabo,
Aediculæ item sunt ob decem alias, DE. Hoi hui
Nimiũ est. Ch. Ne clama, petito hasce a me decem. GE.
Vxori emunda ancillula st, tum autem pluscula
Suppellectile opus est, opus est sumptu ad nuptias,
His rebus sane pone inquit decem minas. DE.
Sexcentas perinde potius scribito iam mihi dicas,
Nihil do, impuratus me ille ut etiam irrideat?
CH. Quæso ego dabo, quiesce, tu modo filius
Fac ut illam ducat, nos quam uolumus. AN. Hei mihi
Geta, occidisti me tuis fallaciis.
CH. Mea caussa eiicitur, me hoc æquom est amittere. GE.
Quantum potes me certiorem inquit face,
Si illam dant, hanc ut amittam ne incertus siem.
Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare.

CH. Iam accipiat, illis repudium renunciet,
Hanc ducat. DE. quæ quidem illi res uortat male.
CH. Opportune adeo nunc argentum mecum attuli,
Fructum quem Lemni uxoris reddunt prædia,
Id sumam, uxori tibi opus esse dixero.

ANTIPHO. GETA.

C Senarii.

Eta. GE. Hem. AN. qd egisti? GE. Emunxi argento
Senes. AN. Satin id est? GE. Nescio hercle, tm iussus
Sum. AN. Eho uerbero, aliud mihi respondes ac rogo?
GE. Quid ergo narras? AN. Quid ego narrem? opera tua
Ad restim mihi quidem res rediit planissime.
Vt te quidem omnes dii, deæq; superi, inferi
Malis exemplis perdant. hem si quid uelis
Huic mandes, quod quidem recte curatum uelis,
Qui te ad scopulum e tranquillo inferat.
Quid minus utile fuit, q̃ hoc ulcus tangere.
Aut nominare uxorem? iniecta est spes patri
Posse illam extrudi, cedo, nunc porro Phormio
Dotem si accipiet, uxor ducẽda est domũ, Quid fiet? (scilicet,
GE. Nõ eã ducet. AN. noui, cæterũ cũ argentũ repetẽt nra caussa,
In neruum potius ibit? GE. Nihil est Antipho
Quin male narrando possit deprauarier.
Tu id quod boni est excerpis, dicis quod mali est.
Audi nunc contra iam: si argentum accœperit,
Ducenda est uxor ut ais. concedo tibi
Spatium quidem tandem apparandis nuptiis,

Vocandi, sacrificandi dabitur paululum.
Interea amici quod polliciti sunt dabunt
Argentũ, id istis reddet. AN. q̃ ob rem? aut quid dicet?
GE. Rogas? Quot res post illa monstra euenere mihi?
Introiit in ædes ater alienus canis,
Anguis per impluuium decidit de tegulis,
Gallina cecinit, interdixit hariolus.
Haruspex uetuit ante brumam aliquid noui
Negotii incipere, quæ caussa est iustissima,
Hæc fient. AN. Vt modo fiant. GE. Fient, me uide,
Pater exit, abi, dic esse argentum Phædriæ.

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

¶ Octonarii, omnes.

Viet? esto inq̃, ego curabo, ne qd uerbor duint.
q Hoc temere nũq̃ amittã ego a me, qn mihi testes adhi
Cui dẽ, & q̃ ob rẽ dẽ cõmẽorabo. Ge. ut cauto? nihil opust. (beam
Ch. Atq; ita op? factost. at matura, dum libido eadẽ hæc manet.
Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reiiciat. GE.
Rem ipsam putasti. De. Duc me ad eum ergo.
Ge. Non moror. Ch. Vbi hoc egeris,
Transito ad uxorem meã, ut cõueniat hãc priusq̃ hinc abeat,
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne succenseat,
Et magis esse illum idoneũ qui ipsi sit familiarior.
Nos nostro officio nihil egressos esse, quantũ is uoluerit
Datũ esse dotis. De. qd tua (malũ) id refert? Ch. Magni Demipho.
De. Nõ sat est tuũ te officiũ fœcisse, si nõ id fama approbat. Ch.
Volo ipsius quoq; uolũtate fieri hoc, ne se iectã prædicet. De.

Idem ego istuc facere possum. Ch. Mulier mulieri magis cõgruet.
De. Rogabo. Ch. Vbi nunc illas ego reperire possim cogito.

ACTVS QVINTVS.

SOPHRONA. CHREMES.

¶ Octonarii, & quidam Quadrati, penultima longa.

Vid agãt quẽ mihi amicũ iuuenũ miserã, aut cui ẽ filia
q Hæc referam? aut unde nũc mihi auxiliũ petam?
Nã uereor hera, ne ob meũ suasũ idigne iniuria afficiat.
Ita patrem adulescentis facta hæc tolerare audio uiolenter. CH.
Nam quæ hæc est anus exaniata, a fratre quæ egressast meo? SO.
Quod ut facerem egestas me impulit, cum sciré infirmas nuptias
Hasce esse, ut id cõsulerem, interea uita ut in tuto foret. Ch.
Certo ædepol (nisi me animus fallit) aut parũ oculi pspicũt,
Meæ nutricé gnatæ uideo. SO. Neq; ille inuestigator.
Ch. Quid agam? SO. Qui est eius pater?
Ch. Adeon, an maneo, dum ea quæ loqtur magis cognoscã? SO.
Quod si eum nũc reperire possim, nihil est quod uerear.
Ch. East ipsa, Colloquar. So. Quis hic loquitur?
Ch. Sophrona. So. Et meum nomen nominat. Ch.
Respice ad me. So. dii obsecro uos, é ne hic Stilpho? Ch. Non. So.
Negas? Ch. Cõcede hinc a foribo? paululũ istorsũ sodes Sophrona.
Ne me istoc posthac nomine appellassis. So. Quid? nõ es obsecro
Quẽ semper te esse dictitasti? Ch. Est. So. qd has metuis fores?
Ch. Cõclusam hic habeo uxoré seuã, uerũ istoc de nomine
Eo perperam olim dixi, ne nos forte imprudentes foris
Effutireris, atq; id porro aliqua uxor mea rescisceret. So.
Hem istoc pol nos te hic inuenire miseræ nunq̃ potuimus. CH.

Eho dic mihi qd tibi rei est cũ familia hac,unde exis? (uit gnata,
Aut ubi illæ sunt? SO.miserã me.Ch.hẽ qd est? uiuũt ne? SO. ui.
Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors cõsecuta est. CH.
Male factũ.SO,ego aũt quæ essem anus deserta,egens,ignota,
Vt potui,uirginẽ nuptũ locaui huic adulescenti,harũ q ẽ dns ædiũ.
CH.Antiphoni ne? SO.Hem isti ipsi.
CH.qd? duas ne is uxores habet? SO. Hau obsecro unã qdẽ ille hãc
Ch.Quid illa altera q̃ dicit cognata? So.hæc ẽ.Ch.qd ais? So.(solã
Cõposito factũst,quo modo hanc amans habere posset
Sine dote.Ch.Dii uostram fidem,q̃ sæpe forte temere
Eueniunt quæ non audeas optare, offendi adueniens
Qui cum uolebam,atq; ut uolebam collocatam filiam
Quod nos ambo opere maximo dabamus ut fieret operam
Sine nostra cura maxima,sua cura hæc sola fœcit.SO.
Nunc quid facto est opus uide,pater adulescentis uenit,
Eũq; anio iniquo hoc oppido ferre aiũt. Ch.nihil periclist,
Sed per deos atq; homies meam esse hanc caue resciscat qsq̃.SO.
Nemo ex me scibit.CH.sequere me,cætera intus audies.

DEMIPHO. GETA.

℄ Quadrati Octonarij,penultima longa.

Ostrapte culpa facimus,ut malos expediet esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos.
Ita fugias,ne præter casam,qd aiũt. nõne id sat erat
Accipere ab illo iniuriã? etiã argentũ est ultro obiectũ
Vt sit qui uiuat,dum aliquid aliud flagitii cõficiat.GE.
Planissime.DE.iis nũc præmiumst,qui recta praua faciũt.GE.
Verissime.DE. Vt stultissime quidem illi rem gesserimus.GE.

Modo ut hoc cõsilio possit discedi, ut istam ducat. DE.
Etiam ne id dubiũst? GE. Haud scio hercle,ut homost, an mutet
Animũ.DE.Hem mutet aũt? GE.Nescio,uerũ si forte dico.
DE.Ita faciam,ut frater censuit,uxorem huc eius adducam
Cum ista ut loquatur.Geta abi,prænũcia hancuenturam.
GE.Argentũ inuentum est Phædriæ,de iurgio siletur.
Prouisum est,ne in præsentia hæc hinc abeat,quid nũc porro
Quid fiet? in eodem luto hæsitas.uorsuram solues
Geta,præsens qd fuerat malũ in diem abiit, plagæ crescunt
Nisi pspicis,nũc hinc domũ ibo,ac Phanium edocebo
Ne qd uereat Phormionẽ, aut eius orationem.

DEMIPHO. NAVSISTRATA. CHREMES.

℄ Octonarii,& Quadrati mixti.

Gedũ ut soles Nausistrata,fac ut illa placeat nobis,
a Vt sua uolũtate id qd ẽ faciũdũ faciat.NA.Faciã. DE.
Pariter nũc opa tua me adiuues, ac dudũ re opitulata
Factũ uolo,ac pol queo min9 uiri culpa,q̃ me dignũst.De. (es.Na.
Quid aũt? NA. Quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur: nam ex his prædis talenta argenti bina
Statim capiebat,hem uir uiro qd pstat? DE.bina q̃so? NA.
Ac rebus uilioribus multo,tum duo talenta.DE.Hui.NA.
Quid hæc tibi uidẽt. DE.Scilicet.NA.Virũ me natam pellem,
Ego ostendere.DE.Certo scio.NA.Quo pacto? DE.parce sodes,
Vt possis cum illa,ne te adulescens mulier defatiget.NA.
Faciã ut iubes,sed meũ uirũ abs te exire uideo. Ch.Hẽ Demipho,
Iam illi datũ est argentũ? DE.Curaui ilico.Ch. Nolem datũ.
Hei uideo uxorẽ,pene plusq̃ sat erat.DE.cur nolles Chremes? Ch.

Iam recte. De. qd tu recqd locut⁹ cũ ista es, q̃ ob rẽ hãc ducim⁹? Ch.
Transegi. De. Quid ait tandem? Ch. Adduci non potest.
De. Quid non potest? Ch. Quia uterq; utriq; est cordi.
De. Quid istuc nostra? Ch. Magni, præter
Hæc cognatam cõperi esse nobis. De. Quid deliras? Ch. sic erit.
Non temere dico, redi mecũ in memoriã. De. Satin sanus es? NA.
Hau obsecro uide, ne in cognatã pecces. De. Non est. Ch. Ne nega.
Patris nomẽ aliud dictũ est, hoc tu errasti. De. non norat patrẽ?
Ch. norat. De. cur aliud dixit? Ch. nunq̃ ne hodie cõcedes mihi
Neq; intelliges? De. Si tu nihil narres? Ph. Pergis?
Na. miror quid hoc siet. De.
Equidẽ hercle nescio, Ch. Vin scire? at ita me seruet Iuppiter,
Vt ppior illi q̃ ego sum, ac tu nemost. De. dii nostrã fidem,
Eamus ad ipsam una omnes nos, aut scire, aut nescire hoc uolo.
Ch. Ah. De. qd id est? Ph. Ita ne paruã mihi fidem esse apud te?
De. uin me crederet?
Vin satis quæsitũ mihi istuc esse? age fiat, quid illa filia
Amici nostri, quid futurum st? Ch. Recte.
De. Hanc igit̃ mittimus? Ch. Quid ni? De. Illa maneat.
Ch. Sic. De. Ire igitur tibi licet Nausistrata.
NA. Sic pol cõmodius esse in omnes arbitror, q̃ ut cœperas
Manere hanc, nam perliberalis uisa est cum uidi mihi. Ch.
Quid istoc negotii est? De. Iam ne opperiri hostium? De. Iam.
Ch. O Iuppiter,
Dii nos respiciũt, gnatam inueni nuptã cũ tuo filio. De. Hem,
Quo pacto id potuit? Ch. Nõ satis tutus est ad narrandũ hic loc⁹.
De. At tu intro abi. Ch. Heus ne filii nostri qdẽ hoc rescisc̃at uolo.

ANTIPHO.

¶ Quadrati ut superiores

Aet⁹ sũ, ut ut meæ res sese habẽt, fratri obtigisse qd uolẽ
1 Quam scitũ est cuiusmodi parare in animo cupiditates,
Quibus cum res aduersæ sient, paulo mederi possis.
Hic simul argentum ut repperit, cura sese expediuit.
Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis.
Quin si hoc celetur, in metu sum patefit, in probro siem.
Neq; me domũ nunc reciperem, ni mihi esset spes ostentata
Huiusce habendæ. sed ubi nam Getam inuenire possum,
Vt rogem, qd tempus cõueniũdi patris me capere iubeat?

PHORMIO. ANTIPHO.

¶ Octonarii.

Rgentũ accepi, tradidi Lenoni, abduxi mulierem,
2 Curaui, ppria ea Phædria ut potiret, nã emissa ẽ manu
Nũc una res restat mihi, quæ etiã cõficiũda, ocium
A senibus ad potandũ ut habeã. nam aliquot hos sumã dies. AN.
Sed Phormio est, qd ais? Ph. qd? AN. qd nã nũc fact⁹ Phædria?
Quo pacto satietatem amoris ait se uelle sumere? Ph.
Vicissim partes tuas acturus est. AN. Quas? Ph. Vt fugitet patrẽ.
Te suam rogauit rursum ut ageres caussam, ut pro se diceres,
Nam potaturus est apud me, ego me ire senibus Sunium
Dicam ad mercatũ, ancillulã emptũ, quã dudũ dixit Geta.
Ne cũ hic nõ uideant, me cõficere credant argentũ suum.
Sed hostiũ cõcrepuit abs te. AN. Vide qs egrediat. Ph. Geta est.

GETA. ANTIPHO. PHORMIO.

¶ Octonarii Quadrati, & Senarii nonnulli.

Fortuna, o fors fortuna, quantis cõmoditatibus,
O Quã subito hero meo Antiphoni ope nra hũc honora
An. qd nã ħ sibi uolt? Ge. nosq; amicos ei⁹ exõerastis metu, (stis die?
Sed ego nũc mihi cesso, q nõ humerũ hũc onero pallio,
Atq; hominẽ ppero inuenire, ut hæc quæ cõtigerint sciat? AN.
Num tu intellegis quid hic narret? PH. num tu?
AN. Nihil. PH. Tantundem ego. GE.
Ad lenonẽ hĩc ire pergã, ibi nũc sunt. AN. Heus Geta. GE. Hẽ tibi,
Nũ mirũ aut nouũ é, reuocari cursum cũ institueris? AN. Geta, Ge.
Pergin hercle, tu nunq̃ tuo odio uinces me. AN. Non manes? GE.
Vapulabis. AN. Id tibi qdem iam fiet, nisi resistis, uerbero. GE.
Curialis uernula est qui me uocat?
Familiariorẽ oportet esse hũc q̃ minitat malũ, sed is ne est, quẽ q̃ro
PH. Cõgredere actutũ. AN. Quid est? GE. (an nõ? ipsus est.
Omniũ quantũ est qui uiuant hominũ homo honoratissime,
Nam sine cõtrouersia a diis solus diligere Antipho.
AN. Ita uelim, sed qui istuc credã ita esse, mihi dici uelim.
GE. Satin est, si te delibutũ gaudio reddo? AN. Enecas. PH.
Quin tu hinc pollicitatiões aufer, & quod fers cedo. GE. oh
Tu quoq; hic aderas Phormio? Ph. Aderã, sed qd cessas? Ge. ac
Vt modo argentũ tibi dedim⁹ apd̃ forũ, recta domũ (cipe, hẽ,
Sumus pfecti, interea mittit herus me ad uxorẽ tuã. AN.
Quã obrẽ? Ge. omitto ploqui. nam nihil ad hãc rẽ est Antipho.
Vbi in Gyneciũ ire occipio, puer ad me accurrit Mida,
Pone appræhendit pallio, resupinat, respicio, rogo
Quã ob rem retineat me, ait esse uetitũ, intro ad herã accedere.
Sophrona modo fratrẽ huc (inqt) senis introduxit Chremem,

Eumq; nunc esse intus cum illis, hoc ubi ego audiui, ad fores
Suspenso gradu placide ire pẽrexi, accessi, astiti,
Animã cõpressi, aurem admoui, ita animũ cœpi attendere,
Hoc modo sermonẽ captãs. AN. euge Geta. GE. hic pulcherrimũ
Facinus audiui, itaq; pene hercle exclamaui gaudio. PH.
Quod? GE. Quod nam arbitrare? AN. Nescio.
GE. Atqui mirificissimum.
Patruus tuus pater est inuentus Phanio uxori tuæ. AN. Hem
Quid ais? GE. Cũ eius cõsueuit olim matre in Lẽno clãculũ. PH.
Somnũ, utin hæc ignoraret suũ patrẽ? GE. Aliqd credito
Phormio esse caussæ, sed me censen potuisse omnia
Intelligere extra hostiũ, intus quæ inter se ipsi egerint? PH.
Atq; hercle ego quoq; illã audiui fabulã. GE. Immo etiã dabo
Quo magis id credas, patruus interea inde huc egredit foras,
Haud multo post, cum patre idem recipit se intro denuo.
Ait uterq; tibi potestatem se eius habendæ dare,
Deniq; ego sum missus, ut te reqrerẽ, atq; adducerem. AN.
Hẽ qn ergo? rapẽ me, qd cessas? GE. fecero. AN. o mi Phormio
Vale. PH. uale Antipho bene, ita me dii ament factũ gaudeo
Tantam formam de improuiso esse his datam,
Summa eludendi occasio ost mihi nunc seres,
Et Phædria curam adimere argentariam,
Ne cuiq̃ suorum æqualium supplex siet.
Nam idem hoc argentum ita ut ingratis est datum
His datum erit, hoc qui cogam re ipsa repperi.
Nunc gestus mihi, uoltusq; est capiundus nouus.
Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum,

Inde hisce ostendam me, ubi erunt egressi foras.
Quo me assimulaueram ire ad mercatum, nunc eo.

DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES.

¶ Trimetri.

Iis magnas merito gratias habeo atq; ago,
Quando euenere hæc nobis frater prospere.
Quantũ potest nũc cõueniundus Phormio est
Priusq; dilapidet nostras triginta minas,
Vt auferamus. PH. Demiphonem si domist
Visam, ut quod. DE. At nos ad te ibamus Phormio. PH.
De eadem hac fortasse causa? DE. Ita hercle. PH. Credidi.
Quid ad me ibatis? ridiculum, an uerebamini
Ne non id facerem quod recepissem semel?
Heus heus, quãtacũq; hæc mea paupertas est, tamen adhuc
Curaui unum hoc quidem, ut mihi esset fides.
CH. Est ne ita (ut dixi) liberalis? DE. Oppido. PH.
Itaq; ad uos uenio nunciatum Demipho,
Paratum me esse, ubi uoltis uxorem date,
Nam omnes posthabui res mihi, ita ut par fuit
Postq; tantopere id uos uelle animum aduorteram.
DE. At hic dehortatus est me, ne illam tibi darem,
Nam quis erit rumor populi inquit, si id fœceris?
Olim cum honeste potuit, tum non est data,
Nunc uiduam extrudi turpe est, ferme eadem omnia
Quæ tute dudum coram me incusaueras. Ph.
Satin superbe illuditis me? DE. Qui? Ph. Rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere.

Nam quo ore redibo ad eam quam cõtempserim? CH.
Tum autem Antiphonem uideo ab sese amittere,
Inuitum eam inique. DE. Tuum autem uideo filium
Inuitum sane mulierem ab se amittere.
Sed transi sodes ad forum, atq; illud mihi
Argentum iube rursum rescribi Phormio.
Ph. Quod? ne ego præscripsi porro illis quibus debui? DE.
Quid igitur fiet? Ph. Si uis mihi uxorem dare
Quam despondisti, ducam: sin est ut uelis
Manere illam apud te, dos hic omnis maneat Demipho.
Nam, non est æquom, me propter uos decipi,
Cum ego uestri honoris caussa repudium alteri
Remiserim, quæ tantundem dotis dabat.
DE. I hinc in malam rem cum istac magnificentia
Fugitiue, etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? Ph. Irritor. DE. Tun hanc duceres
Si tibi data esset? Ph. Fac periculum. DE. ut filius
Cum illa habitet apud te, hoc uestrum consiliũ fuit.
Ph. Quæso qd narras? DE. Quin tu mihi argentũ cedo.
Ph. Immo uero, tu uxorem cedo. DE. In ius ambula.
Ph. In ius enimuero, si porro esse odiosi pergitis.
DE. Quid facies? Ph. Ego ne? me uos indotatis modo
Patrocinari fortasse arbitramini,
Etiam dotatis soleo. Ch. Quid id nostra? Ph. Nihil,
Hic quandã noram, cuius uir uxorẽ. Ch. Hem. DE. Quid est?
Ph. Lemni habuit aliam. Ch. Nullus sum. Ph. Ex qua filiam
Suscepit, & eam clam educat. CH. Sepultus sum. PH.

Hæc adeo illi ego iam denarrabo. CH. Obsecro
Ne facias. PH. Oh, tun is eras? DE. Vt ludos facit. CH.
Missum te facimus. PH. Fabulæ. CH. Quid uis tibi?
Argentum quod habes cõdonamus. PH. Audio,
Quid uos (malum) ergo me sic ludificamini,
Inepti uestra puerili sententia? &
Nolo, uolo, uolo, nolo, rursum cedo, cape.
Quod dictũ indictũst, qd modo erat ratum, irritumst.
CH. Quo pacto, aut unde hæc hic resciuit? DE. Nescio,
Nisi me dixisse nemini, id certo scio.
CH. Monstri (ita me dii ament) simile.
PH. Inieci scrupulum. DE. Hem,
Hiccine ut a nobis hoc tantum argenti auferat
Tam aperte irridens? emori hercle satius est,
Animo uirili præsentiq; ut sis, para:
Vides peccatum tuum esse elatum foras,
Neq; iam id celare posse, te uxorem tuam
Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit Chreme,
Id nosmet indicare placabilius est.
Tum hunc imparatum poterimus nostro modo
Vlcisci. PH. At at, nisi mihi prospicio, hæreo,
Hi gladiatorio animo ad me affectant uiam. CH.
At uereor ut placari possit. DE. bono animo es,
Ego redigam uos in gratiam, hoc frætus Chreme.
Cum de medio excessit, unde hæc susceptast tibi. PH.
Ita ne agitis mecum? satis astute aggredimini?
Non hercle ex re istius me instigasti Demipho.

An tu ubi peragere tibi quod libitum fuit fœceris,
Neq; huic sis ueritus fœminæ primariæ,
Quin nouo modo ei faceres contumelias,
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hisce ego dictis illam ita tibi incensam dabo,
Vt ne restinguas lachrymis si extillaueris. DE.
Malum, quod isti dii deæq; omnes duint,
Tanta ne affectum hominem quenq; esse audacia?
Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras? CH. In id redactus sum loci,
Vt quid agam cum illo nesciam prorsus. DE. Ego scio,
In ius eamus. PH. In ius? huc si quid lubet. DE.
Assequere, ac retine, dum ego hinc seruos euoco.
Ch. Etenim nequeo solus, accurre huc. Ph. Vna iniuriast
Tecum. Ch. Lege agito ergo. Ph. altera est tecum Chreme.
DE. Rape hũc. Ph. Ita ne agitis? enimuero uoce est opus,
Nausistrata exi. Ch. Os opprime. De. Impurum uide
Quantũ ualet. Ph. Nausistrata inq;. Ch. Non taces? Ph.
Taceam. De. Nisi sequiẽ, pugnos in uentrem ingere,
Vel oculum exculpe. Ph. Est ubi uos ulciscar locus.

NAVSISTRATA. CHRE. PHOR. DEMIPHO.

Senarii, & Octonarii.

Quis noiat me? Ch. hẽ. Na. qd istud turbæ ẽ obsecro
Mi uir? Ph. hẽ qd nũc obstupuisti? Na. qs hic hõ est?
Nõ mihi respõdes? Ph. Hiccine nũc ut tibi respõdeat
Qui hercle ubi sit nescit? Ch. Caue isti qcq; credas. Ph.
Abi, tange, si non totus friget, me eneca. Ch.

Nihil est. NA. Quid ergo est? qd istic narrat? PH. Iam scies,
Ausculta. Ch. Pergin credere? NA. Quid ego obsecro
Huic credam qui nihil dixit? PH. Delirat miser
Timore. NA. non pol temere est quod tu tam times. CH.
Egon timeo? PH. Recte sane quando nihil times.
Et hoc nihil est quod ego dico, tu narra. DE. Scelus
Tibi narret? PH. Eho tu factum est abs te sedulo
Pro fratre. NA. Mi uir non mihi narras?
CH. At. NA. Quid at? CH.
Non opus est dicto. PH. Tibi qdē, at scito huic opus est
In Lemno. CH. Hem qd ais? DE. Non taces?
PH. Clam te. CH. Hei mihi. PH.
Vxorem duxit. NA. Mi homo, dii melius duint. PH.
Sic factum st. NA. Perii misera. PH. & inde filiam
Suscepit iam unam dum tu dormis. CH. Quid agimus? NA.
Proh dii immortales, facinus miserandū & malū. PH.
Hoc actum st. NA. An qcq̄ hodie est factum indignius
Quam mihi, ubi ad uxores uentum est, tum fiunt senes.
Demipho te appello, nam me cum hoc dist̄edet loqui.
Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ
Lemni? hæccine erat ea quæ nostros fructus minuit uilitas? DE.
Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam non nego,
Sed ea, quæ sit ignoscenda. PH. uerba fiunt mortuo. DE.
Nam, neq; neglegentia tua, neq; id odio fœcit tuo,
Vinolentus fere abhinc annos qndecim mulierculam
Eam cōpressit, unde hæc natast, neq; post illam unq̄ attigit.
Ea mortem obiit, e medio abiit, qui fuit in re hac scrupulus.

Quam ob rem te oro, ut alia tua facta sunt, æquo animo hoc feras.
NA. Quid ego æquo animo? cupio misera in hac re iā defungier,
Sed quid sperem? ætate porro minus peccaturum putem?
Iam tum erat senex, senectus si uerecundos facit.
An mea forma atq; ætas nunc magis expetenda est Demipho?
Quid mihi affers, q̄ ob rem expectem, aut sperem porro nō fore?
PH. Exeqas Chremeti, qbus est cōmodū, ita iam tempus est,
Sic dabo, age nunc, age, Phormionem qui uolet lacessito,
Faxo tali eum mactatum, atq; hic est infortunio,
Redeat sane in gratiam, iam supplicii satis est mihi.
Habet hæc, ei quod dum uiuat usq; ad aurem obganniat.
NA. An meo merito credo, qd ego nūc cōmemoré tibi Demipho
Sigillatim, qualis in hunc fuerim? DE. noui æque omnia
Tecum. NA. meriton hoc meo uidetur factum?
DE. minime gentium,
Verum quando iam accusando fieri infectū non potest,
Ignosce: orat, cōfitetur, purgat, quid uis amplius? PH.
Enimuero priusq; hæc dat ueniam, mihi prospiciā & Phædriæ.
Heus Nausistrata, priusq̄ hujc respondeas temere, audi. NA. qd est?
PH. Ego minas triginta per fallaciam ab illo abstuli,
Eas dedi tuo gnato, is pro sua amica lenoni dedit. CH.
Hem quid ais? NA. adeon hocindignum tibi uidet, filius
Homo adulescens si habet unam amicam, tu uxores duas
Nihil pudet? quo ore illū obiurgabis? responde mihi.
DE. Faciet ut uoles. NA. immo ut iam scias meam sententiā,
Neq; ego ignosco, neq; promitto qcq̄, neq; respondeo
Priusq̄ gnatum uidero, eius iudicio permitto omnia.

Quod is iubebit, faciam. Ph. mulier sapiens es Nausistrata. NA.
Satin tibi est? Ph. immo uero pulchre discedo, & probe.
Et præter spem. NA. tuũ nomen dic quod est. Ph. mihin?
Phormio uestræ familiæ hercle amicus, & tuo summus Phædriæ.
NA. Phormio, at ego ecastor posthac tibi qd potero, & quæ uoles
Faciã atq; dicã. Ph. benigne dicis. NA. Pol meritũ est tuũ. Ph.
Vin primum hodie facere quod ego gaudeam Nausistrata?
Et qd tuo uiro oculi doleãt? NA. cupio. Ph. Me ad cœnam uoca.
NA. Pol uero uoco. DE. Eamus intro hinc.
CH. Fiat, sed ubi est Phædria
Iudex noster? PH. Iam hic faxo aderit.

VALETE ET PLAVDITE, CALLIOPIVS RECENSVI.

PVB. TERENTII VITA EX LIBRO PRIMO PETRI CRINITI, DE POETIS LATINIS.

TERENTIVS Poeta Comicus, Carthaginẽsis patria fuit, Romam perductus tradit, cum in tenera ætate foret, quibus potissimum bellis id accidit, parum cõpertũ est, ut refert Aelius Donatus ex Fenestellæ cõmentariis. Illud pro certo constat, eum Romæ diligentia Terentii Lucani patroni, accurate institutum, atq; liberalibus disciplinis eruditum. Cumq; facilitate ingenii, & elegãtia in primis excelleret, breui consequutus est, ut a Terentio patrono esset manumissus. Per ea tẽpora in scæna floruit, quibus præclari atq; egregii ciues Romæ habiti sunt. M. Marcellus. P. Scipio. Q. Fabius Maximus. Neq; desunt autores, qui scribant eundem Terentiũ, maxima familiaritate uixisse cum. P. Scipione, & C. Lælio. Sæpeq; solitum apud nobiliores ciuitatis cœnitare. qua in re dũ placere illis opera mititur, eorumq; cõmodis inseruire, ad summam inopiam tradit redactus. Statium præterea Cecilium, qui scribendis Comœdiis excelluit, magna diligentia obseruauit, eiq; suas fabulas more ueterũ recitare cõsueuit. Comœdias sex cõposuit, easq; ab Appollodoro, & Menandro poetis Græcis, in sermonem latinum cõuertit, tanta sermonis elegantia, & proprietate, ut eruditorũ iuditio, nihil perfectiꝰ, aut absolutius in eo scribẽdi genere habitum sit apud Latinos. Sequutus est in his Q. Ennium. M. Plautum, & Neuiũ, ut ipse testat, cum suis calumniatoribus respondet. Phormionem, & Ecyram ab Apollodoro transtulit, reliquas quatuor a Menandro. Aelius Donatus qui cõplura diligẽtissime de hoc poeta scribit, cũ alia multa in eo cõmendat, tum præcipuum dicit, quod in scribẽdis fabulis, & arte usus est, & ut amorem antiquũ retinuerit, & ita temperauit affectus, ut neq; ad Tragicã magnitudinẽ intumescat, neq; abiiciat ad historiam, quod minime factum est inquit a Plauto, Afranio, & cæteris Comœdiarũ scriptoribus. M. Cicero in epistola ad. T. Atticum refert. Pub. Terentiũ esse optimũ autorem latinitatis, eiusq; fabulas multas existimasse, propter elegantiam sermonis, a C. Lælio scriptas, quam opinionem idem Terentius maxime uidetur cõfirmasse, quo magis calumniatores suos in odium traheret. Sic enim refert in Adelphis fabula sub persona prologi.

Quod illi maledictum uehemens existimant,
Eam laudem ducit maximam, cum illis placet,
Qui uobis uniuersis, & populo placent,
Quorum opera in bello, in ocio, in negocio,
Suo quisq; tempore usus est sine superbia.

¶ Horatius Flaccus, ueterum poetarũ optimus censor, in Cecilio grauitatem, in Terentio artem constituit, qua inter cæteros comicos mirifice excelluit, qd Quintilianus uidetur sentire in libris ad Marcellum Victorinum. Sed idem tamen inquit, maiorem gratiã habuisset, si intra Trimetros constitisset. Ausonius quoq; Virgiliũ Homero, Terentium Menandro adiungit, eiq; elegantiam latini sermonis precipue tribuit.

Tu quoq; qui Latium lecto sermone Teréti
Comis, & astricto percurris pulpita socco.

¶ Traditum est illum post editas aliquot Romæ fabulas, in Græciã nauigasse, quo facilius disciplinas Græcorum, atq; instituta per-

ciperet, plurimasq; fabulas a poeta Menandro in latinum conuer-
tisse, quæ facto naufrago perierunt. De obitu illius uaria scri-
bunt autores. In Arcadia obiisse, cum alii plures testant,
tum poeta Ausonius, ob nimium dolorem amissa-
rum fabularum, quas ipse naui præmiserat. De
forma illius atq; effigie referũtur complura
ab Aelio Donato, qui eiusdem comœ-
dias magna eruditiõe interpre
tatus est. Argumenta illa
quæ Terẽtianis fabulis
præponunt, a Sul-
pitio Apollina
ri illustri
gram
ma
tico cõ-
posita sunt,
Quod cum aliis
multis argumentis,
tum maxime antiqui-
tate codicum probari potest,
in quibus nomen Sulpitii legitur.

τέλος.

